vniuersæ Aegypto administrandæ præficitur, v.41.(Psal. 105.21.) Vxorem in Aegypto ducit, v.45. Fratribus se agnoscendum præbet, 45.3. Actor.7.13. patrem accersit, Genes.45.9. ei obuiam proficiscitur, 46.29. benedicitur à patre, 49.22. Deut.33.13. primogenituræ ius assequitur, 1.Paral.5.2. sepelit patrem in terra Chanaan, Genesis 50.13.14. benignus est erga fratres, v.21. vt ossa sua ex suo arbitrio sepeliant, fratres adiurat, ver. 25. moritur, ver. 26. eius ossa Chanaan delatae, in Sichem sepeliuntur, Exodi 13.19. Iosue 24.32. Ioseph, pro Tribu Ephrain, Apocal.7.8. [pro omnibus tribubus Psal.78.67. & 80.2. & 81.6. Abd.2.18. Zach,12.6. Pro decem tribubus, Ezech 37.16.19. Amos,5.v.6.15. & 6 6.] Iosephi fides: Heb 11.22.

Ioseph, Mariæ Deiparæ Virginis maritus, vir iustus, Matth. 1.19. in somniis ab Angelo, ne repudiet vxorem Mariam, monetur, v.20. ei obtemperat, v.24. in Ægyptum fugit, eóque Filium Dei transfert, Matthæi 2.14. hinc ab Angelo reuocatur, v.19.20. dicitur Pater Christi, Luc.2.v.27.33.41.48. ex vulgi potiùs opinione, quàm quòd res erat: expressè enim additur; Eum putatiuum fuisse Christi Patrem, Lucæ 3.23. (Vbi obseruetur regula illa vsitata: Sacræ scripturæ sæpe magis loquūtur de rebus ipsis secundùm vulgi opinionem, & hominum iudicium, quàm secūdùm rei existentiam. Sic spectrum Diabolicum Sauli excitatum vocatur Samuel, 1. Sam.28.15. Herodes Antipas, qui Tetrarcha tantùm erat, Rex appellatur, Marci 6.14. Euangelium stultitia dicitur, 1 Corinth.1.18. Sic & Christus Ioseph filius dicitur, Lucæ 4.22, &c.) Ioseph faber erat, Matth.13.55. Marc.6.3.

Ioseph Arimathæus, Senator prudens & honestus, Luc. 23.50. is à Pilato corpus Christi petit, Matth.27.ver.57.58. Marc.15.43. Luc.23.v.51.52. Ion.19.38.

Ioseph, qui & Barsabas, vnà cum Matthia eligitur Apostolus, Act.1.23. Idem cognominatus est Iustus, ver.23.

Ioses, Barnabas ab Apostolis cognominatur, & quare, Act.4.36. precium agri venditi Apostolis tradit, ver.37.

Iosias filius Amon, Rex Iuda constituitur, 2 Reg. 21.24. 2. Paral.33.25. vir pius est, 34.3. coram populo Deuteronomium legit, 2 Regum. 23.2. idola euertit, v.4. 2. Paral.34. 4. Sacerdotes Baal occidit, 2. Reg.23.20. verum Dei cultum restituit, 2 Paral.34.33. Phase celebrat, 2. Reg.23.21. 2 Paral 35.1. aduersus Regem Ægypti, contra Dei verbum

bum dimicare attentat, v. 22. in prælio vulnus accipit, v. 23. moritur, 2 Reg. 23. 29. 2 Paral. 35. 24. ſepelitur à populo, & lugetur, ibid. (Ioſiahu. I. incenſum ſeu thymiama Domini.)

IOSVA, qui & Ioſue, filius Num. Exod. 33. 11. Miniſter Moſis, Exodi 24. 13. Ioſue 1. 1. cum Caleb fideliter terram explorat, Numer. 14 6. Dux populi loco Moſis conſtituitur, 27. 18. Deuter. 3. 28. & 31, 7. terram Iſraelitis diuidere iubetur, Ioſ. 13. 7. moritur, Iudic. 2 8. Ioſue à Græcis Ieſus dictus, Heb. 4 8.

IOSVE, qui & Ieſus, filius Ioſedech, cum fratribus Altare inſtaurat, 1 Eſdr. 3 2. monitu Aggæi Prophetæ, Templo inſtaurando manum admouet, Agg. 1. v. 2. 14. typus Chriſti eſt, Zach. 3. v. 1. 2. 3.

IPSE, pronomen, pro ipſe Dominus, Hebr. 13. 3.

[Ipſe de Meſſia expreſſè dictum, Geneſ. 3 15. & 49 10. Deut. 18. 15. 2. Sam. 7. 14. Pſal. 22. v. 29. 31. & 45. 12. & 72. v. 15. 17. & 89. 27. Eſai. 11. 10. & 53. v 4. 5. &c. In N. T. ſæpiſſimè de Chriſto pronomen hoc δεικτικῶς poſitum legitur. Et de Spiritu S. Rom. 8. v. 16. 26.]

IRA, pro irati Dei iudicio, & iræ diuinæ effectis: hoc eſt, pœnis & calamitatibus, quæ ab irato Deo peccatoribus irrogantur, ſeu pro iis effectis, ex quibus iratus eſſe Deus intelligitur: vt ſolet Scriptura ἀνθρωποπαθῶς de Deo loqui, Matth. 3. 7. Lucæ 21 23. Rom. 2. 5 & 4. 15. & 5. 9. Epheſ. 5. 6 1 Theſſ. 1. 10. & 5. 9. pro vltione, ſeu vindicatione, qua Dominus terribiliter iratus, tandem mundum vlciſcetur, Coloſſ. 3. 6.

Latiori ſignificatione iræ nomen poteſt referri: ad omnes animi offenſiones, 1 Timoth. 2. 8. quæ prohibeant, quò minùs bona conſcientia Deum poſſimus inuocare, vt Matth. 5. 23. ſub qua ſpecie comprehendi etiam poſſunt reliquæ iniuriæ, quibus affici poteſt proximus, de quibus Eſaiæ 1. v. 15 10.

*Iræ Dei exempla*: Contra antiquiorem mundum, diluuium, Geneſ. 7 17. contra ædificatores turris Babylonicæ linguarum cófuſio, 11. 7. Sodoman, &c. ſulphureus ignis & ſubuerſio, 19. 24. Vxorem Loth non obedientem voci Dei, mira in ſtatuam ſalis metamorphoſis, ver. 26. tot & tanta prodigia in Ægypto facta, ſunt manifeſtiſſima iræ diuinæ teſtimonia, vt latè deſcribuntur Exodi 7. 8. 9. cap. contra Moſen, Exod. 4. 14. Deut. 3. 26. & 4 21. Iſraelitas, Exodi 32.

xodi 32.v.9.10.Num.11.1.& 25.3.& 32.13.Iudic.2.v.14.20.& 3.8.& 10.7.2.Sam.24.1.2. Reg.13.3 & 17.18. & 23.26. Esai. 5.25. & 47.6. Ose. 8.5. Zach.1.v.12.& 10.3. Aaronem & Mariam.Num.12.9.Aaronem.Deut.9.20.Balaam, Numer.22.22. Ozam, 2.Sam.6.v 7.8. Dauidem & Israelitas, 24.1.1.Par.27.24.Salomonem,1.Reg.11.9. Ierusalem & Iudam.2.Reg.24.20.1.Paral.27.24 Iosaphat.2.Par.19 2.Ierusalem, &c.propter Ioas,2.Par.24.18.Amasiam,25.15. Ezechiam,32.25.Pastores,Zach.10.3.interfectores & illusores seruorum suorum,Matt.22.7.Vide DEI ira.

IRA,IRACVNDIA.Ira ὀργὴ,est accensa & feruens animi ebullitio, quæ iniuriæ nobis factæ vindictam nostra æstimatione expetit & desiderat.

Iracundia ὀργιλότης, est animi propensio naturalis ad facilè & temere, ex quauis causa, irascendum.

Ira duplex est, illicita, qualis est superior descriptio, quę inter opera carnis recensetur,Gal 5,20.

Licita, qua quis ex amore iustitiæ,& odio peccati, cum moderatione vitiis irascitur. Nec enim Christiana religio constituit homines ἀπαθεῖς & ἀναισθήτους Bernard. Non irasci, vbi irascendum est, est peccatum emendare nolle.

IRA, seu iracundia in homine damnatur, Iob.36.13.Pro.18. 14. Eccles. 7.10.Matt.5.22. Eph.4.vers.26.31. Coloss.3.8.1. Tim.2.8.Tit.1.7.Iac.1.19. non omnis tamen ira, vtpotè quæ zeli nomine commendatur. (Vide ZELVS bonus) & quam Peripatetici fortitudinis cotem non temere vocarunt,sed quæ vel iniusta est, vel immoderata, Eph.4. 26.Ita stulti quàm noxia,Pro.27.3.Ira seu iracundia quantum mali pariat,Gen.4.5.Iob.5.2.Pro.12.16.& 14.29.& 15. 18.& 17.19.& 19.19 & 27.3.& 29.22. Eccl.7.10. Eccl.25,22. & 28.v.6.14.& 30 26.Mat.5.22.Luc.4.28. Gal.5.20. Ephes. 4.26.27.Col.3 8.Tit.1.7.Iac.1.19. Iræ alterius cedendum potiùs,quàm resistendum & repugnandum, Gen.27.42. Prou.22.24.& 29.22.Eccl.8,19,Matt.2.13.Iræ mala,Pro.15, 18.& 26.21.& 29.22.Iac.1,20.

*Iræ iniustæ, seu vituperandæ exempla*:Cain,Genes.4.5,Balach,Numer.24.10.Eliab, 1, Sam.17.28.Saul,18.8.& 20 30. principes Philistiim,29.4.Abner,2.Sam 3.8. Asa,2.Par.16. 10.Achab,1.Reg,21,4,Naaman, 2.Reg 5.11. Exercitus Ephraim, 2.Par.25.10. Ozias.26,19.Sanaballat, &c.Neh.4. 1.Nabuchodonosor, Dan.2.12.& 3.v.13 19.Elihu, Iob.32. 2.Aman

2. Aman, Esth.3.5. Principes Sedechiæ, Ierem. 37.14 15. Ionas, Ion.4. v.8.9. Gentes, Ap.11.18. Herodes, Matt.2.16. Iudęi, Luc.4.28. Frater prodigi filij, 15 28. Demetrius cum suis, Act.19.28. Cum iracundo amicitia non ineunda, Pro. 22.24. Iræ locum dare, Rom.12.19. est non irasci, cedere occasionibus litigandi, subterfugere materiam irascendi. Irasci dicitur Christus, Marci 3.5. sed non hominum iratorum more, in quibus ira nihil aliud est, quàm summa vindicandæ iniuriæ appetitio, ideóq. cum maleuolentia semper coniuncta est, & cum dolore quidem sed quem ex iniuria ipsis facta concipiunt, non autem ex eius vel improbitate, vel imprudentia à quo læduntur. At Christus contrà ita iratus dicitur Pharisæis, vt nihil prætermitteret, quo illos reuocaret ad officium, tantùm aberat, vt vlciscendi rabie ferretur. Irascendum, sed non peccandum, Eph.4.26. quo in loco agit Paulus de compescendis vitiosis affectibus. Ac proinde puto iram ibi minimè pręcipi, sed nos admoneri, vt si irascamur, sic saltem irascamur, vt quod ira, pessimus sanè consultor, suaserit, ne exequamur, atque adeò illi non indormiamus. Qui hoc dictum de ira laudabili accipiunt, non satis attendere videntur ad Pauli mentem, & loci circumstantiam. Cur enim, si hoc ita esset, moneret Paulus de ira ante Solis occasum semel domanda, eodem versu, cùm illam potiùs semper in nobis vigere oporteat?

Ira, pro zelo, seu studio rei sanctæ & iustæ. *Exempla:* Moses, Exo.16.20.& 32.19. Leu.10.16. Num.16.15. Deut.9. 20.&c. Ionathas, 1 Sam.20.34. Phinees, Num.25.v.7.8.2. Mach.2.54. Dauid, 2 Sa.12.5 & 13.21. Elias.1.Re.19 14. Ro. 11.3. Nehemias, Neh.5 6. Assuerus, Est.7.7. Eliacim, Sobna, & Ioahe, Esa.36 22. Ezechias, 37.1, Ieremias, Ier.6.11. Rex quidam, Matth.22.7. Christus, Mar.3.5. Paterfamiliâs, Luc. 14.21. Vide ZELVS bonus. Iræ filij, Vide FILII iræ, Iræ vasa, Vide VASA iræ.

[Ira Satanæ & meretricis mysticæ, Apoc.12.12.& 14.8.]

IRE ad Patres, periphrasis, pro mori, Genes.15.15, Vide INGREDI.

IRE ad Christum, pro credere ei, Ioan.6.35.

IRIS in nubibus, Gen.9.13. (Vide ARCVS) Est tanquam dimidia quædam pars alicuius arcus variegati sublimis, & in aëre suspensi. Eccl.43.12.13.

IRONIA, tropus quo vox vnius dissentanei, ad oppositum

dissentaneum significandum vsurpatur, in Scripturis frequens est, Deut.32.v.37.38. Iudic.10.14.2. Sam.5.6.1. Reg. 18.27.& 22,15.2.Par.18.14.2.2.Reg.1.9.Esa. 47.13. Ier.2.28. Ose.13.10.Matt.26.45.Mar.14.41.& 15.9.Ioan.19 14.1. Corint.4.8.2.Cor.4 12.& 11.19.& 12.v.1.3.

IRRISIO, Est de malo culpæ vel pœnæ, id est, alienæ vel culpę vel afflictionis recitatio cum risu & cachimo, ad fratris contemtum, à nobis facta. Gal.6.7. Deus non irridetur: Ne fallimini.

IRRIDETUR Christus, Ioann.19.2. *Irrisionis eiúsque pœnæ exempla*: Michol, 2.Sam.6.16. quadraginta duo pueri de Bethel. irridentes Elizæum, à duabus vrsis discinduntur 2.Re.2.v.23.24. Simei, 1.Re.2.44. Milites, Ioan.19.2.

IRRITATIO, (Ἐρίθεια καρδίας, Iacob.3 14.) Est facilis propter reuocatam in animum factam nobis iniuriam, in eum qui fecit, impetus & iræ propensio.

IRRITATIO abest à charitate 1.Cor.13.5.

ISAAC, Izchak (id est, risus, ex risu Abrahami sic dictus, Gen.17.v.17.19.) Abrahamo promittitur, 15 4. & 17. v.16. 19. & 18.10. Isaac ex sterili matre, Gen.16.1.& vulua iam emortua, 18.12. (Rom.4.19.) nascitur. 21.2. nomen illi imponitur, v.3. octauo die circumciditur, v.4. Act.7.8. Isaac promissionis filius, Gen.21.v.12. Gal.4.v.23.28. hæres Abrahæ, Genes. 15.4.& 21.10.& 24.36.& 25.5. Gal.4.30. Rebeccam vxorem ducit, Genes.24.67. peregrinatur in Gerar, 26.1. dicissimus est, v.13. cum Abimelech fœdus iniit, v.31. Iac. & Esau, benedicit, v.27.28.29.39.40. mortuus sepelitur, 35.29. vnigenitus Abrahami filius dicitur, quia Ismael, non censetur in familia, Heb.11.17.

ISAI, qui & Iesse, Dauidis pater, Ruth.4.17.1.Sam.16.3.1. Par. 2.v.13.15. Matt.1.6. vnà cum filiis ad sacrificium sanctificatur, 1.Sam.16.5. Samueli septem filios adducit, v.10. ad summam & honorabilem senectutem peruenit, 17.12. (.i. munus.)

ISAIAS Propheta. (Vide ESAIAS) Isaiam legit populo. Ioannes, Luc.3.4. Christus, 4.17. eum & Eunuchus Aethiops legebat, Act.8.30.

ISBOSETH, filius Saulis, Rex ab Abner constituitur, 2.Sam.2. 8.9. Abnerem, quòd concubina patris defuncti abusus esset, reprehendit, 3.7. occiditur, 4.7. Dauidis iussu eius caput sepelitur, v.12. (Ischboscheth.i. vir confusus, ignominiosus.

ISCHARIOTH , gentile nomen , Vide IVDAS Iscarioth.

ISMAEL Abrahami ex Agar ancilla filius , concipitur, Gen. 16.4. eius futura conditio, mores & nomen describuntur, v.11.12. nascitur , v.15. nomen illi ab Abrahamo imponitur, ibidem circumciditur , 17.23. persequitur Isaacum, 21.9. Gal.4.29. moritur, Gen.25.17. eius posteritas, v.12.&c. 1.Paral.1.29. Ismael, pro iis , qui ab Ismaele longo ordine & serie ortum duxerant, Genes.28 9. Familiare enim est Scripturæ sacræ, vt nomina propria pro gentilibus vsurpet.

ISMAHEL Nathaniæ filius, Godoliam dolo occidit, Ier.41. 2. & Iudæos qui cum eo erant, v.3. lacum cadaueribus eorum, quos occiderat, implet, v.9. Iohanam populi sui vindicem fugiens, ad Ammonem se recipit, v.15.

ISRAEL (id est, Princeps seu victor Dei ) nuncupatur Iacob [Gen.35 10. Ab eo tempore sæpius patriarcha Iacob appellatur Israel Gen 37.3. & sequentib.c. Exo.5.1. Exo.32.13. 1.Reg.18.36. 1.Par.34. 2.Par. 30.6. Esai.8.14. Ose.12.13.]

ISRAEL, seu Israelitæ , omnium Iacobi posterorum patronymicum: ij hæreditas Domini nuncupantur. Deut.4.20. & 9.v.26.29. & 14.2. & 32.9. 2.Sam.21.3 1. Reg.8.ver.31.53. Psalm.47.5. & 78.71. & 106.v.5.40. & 135. 4. Esaiæ 19.25 & 47.6. Zach.2.12. Vide DEI hæreditas, &, HAEREDITAS Dei. Israel populus Dei, 2.Sam.7.24. 1. Paral.17.22. Esa.51. 19 Sceptrum hæreditatis Dei, Ier.51 19. Vinea Domininì, Psalm.80 9 Esa.5.1. Ier.2.21. Matth.21.33. Marc.12.1. Luc. 20 9. in Ægypto multiplicantur , Exo.1 7. Psalm.105.24. ob id affliguntur, Exod.1.13. Act.7.v.18.19. cæduntur à Philistæis, 1.Sam.31. 1.1. Paral.10.1. Pascha celebrant, Iosu.5.10. Exo.12.2. ex AEgypto cum opibus egressi , v.36, Psal.105. 37. à Deo electi, Deut.7.6. & 14.2. & 10.15 fœdifragi, Psal. 78.56. omnibus formidabiles, Iof.5.1. optime instituti, Deu. 18.14. &c. aduersus Mosen murmurant, Num.14.2. & 16.41. Dei obliti opprimuntur , Iudic.3.v.7.8 & 10.7. & 13.1. optant carnes, Num.11 4. Regem importune postulant, 1. Sam.8.5. rebelles sunt, Deut.9.24 Ægyptum repetere constituunt, Num.14.4. id facere prohibentur , Deut.17.16. à Deo reiecti sunt, Psalm.106.40. siccis pedibus Iordanem transeunt, Ios.3.17.

ISRAELITARVM contumacia , Exod.32 9. & 33 3. Deut 9.v.

13.Num.14.11.dignitas ac præstantia,Exo.19 6.Deut.4.7.& 7.6.& 26.19.& 33 29.2.Sam.7 23.1.Par.17.21.Psalm.147.20.idololatria eorum prędicta,Deut.31.16.&c.damnatur,& describitur, 32.16.&c.Iudic.2.11. & 8.33.& 10.6.Neh.9.18.Psal.78.58.& 106.v.19.28.37.38.Ezech.23 3. ingratitudo eorum,Neh.9.26.Psal.106.7.pedes non attriti, Deuter.8.4.nec vestimenta consumta,ibid.votum eorum, Numer.21.2.

ISRAEL, pro tota Ecclesia, Psalm. 125. 5. Galat. 6. 16. pro Iacobo Isaaci filio, Roman. 9 6. in priore parte versus:in posteriore metonymicè, pro gente ipsa Israelitarum.

ISRAELITIS semen perpetuum,Ierem.31.v.37.38.&c.

ISRAELITAE veri quinam censendi, Roman.9.8.Galat.6.16.

ISRAEL seu Israelitæ,pro decem Tribubus apostatis,1.Reg.12.16.1.Paral.10.1.7.quæ separant se à domo Dauid, 1.Reg.12.v.3.9.16.secundum verba Ahiæ Prophetæ,11.29. Vitulum à Ieroboamo nouo suo Rege conflatum adorant, 1.Reg.12.30.non tamen omnes, 2. Paral.11.16.vincunt Iudam,28.8.eorum captiuitas prædicitur,1.Reg.14.15. Ose.11.5.Amos,6.8.& 7.17.Israelitarum ab Assyriis oppressio, 2.Reg.13.22.eorum deportatio, 18.11. iuxta illud Deut.4.26,idololatria 1.Reg.12.28.& 14.15.2 Reg. 17.7 Ierem.3.v.6.20.& 11.v.10.13.Ezech.20.v.30 31. Ose.1.2.& 3.1.& 6.10.& 8.4.& 9.1.& 10.1.& 11.2.& 13.1. Amos 5.26. Iniquitas,Esa.28.1.Ier.5.11.& 7.1.& 13.12. Amos 2.6.& 5.12. conuersio,Ierem.31.9.liberatio,Ose 11.11.Israelitæ secundùm carnem vocantur, 1. Cor. 10.18.qui externis sacrificiis & ceremoniis adhuc vacabant, quæ seorsim à Christo & per se æstimata,dicuntur sanctificationes & iustificationes carnis,Heb.10.v.10.11.eò quòd ad animum vsque non pertingant.

[Quæ de Israele in scripturis S. dicta ocurrunt ad sequentes sectiones referri posse videntur.

1. Voce illa denotatur persona Iacobi Patriarchæ, cuius vt & posterorum Deus frequenter appellatur Deus.

2. Israelis nomine, Iacobi patriarchæ posteri omnes intelliguntur: duplici nomine considerati, nempe secundùm carnem & secundum spiritum, tum ante, tum post exhibitum in carne Messiam:qui Israel, domus Israel, filij

lij Israel, populus Israel, Israelitæ appellantur.

3. Israel, Iudæi seu Israelis posteri in tota tribu Iudæ, in parte tribus Beniamin & Simeonis, qui sub Roboamo & sequentibus Dauidis successoribus in veræ religionis professione permanserunt, distinctæ à decem tribubus, quæ sub Ieroboamo regnum constituerunt quod Israelis dictum est. At nomen Iudæorum, post reditum ex Babylone tributum est Israelitis, qui apud Prophetas ita designatur. Quæ autem in Nouo Testamento de Israele dicta occurrunt, quamuis ad Iudæos potius, quàm ad Israelitas decem tribuum referri videantur, tamen sectione secunda includuntur: quum Iudæis è Babylone redeuntibus multi Israelitæ decem tribuum admixti sunt, & duodecim tribuum Israel, ad quas Christus missus est, mentio fiat ab Euangelistis & Apostolis, totúsque Dei populus ex Israelis seu Iacobi Patriarchæ posteris, & Gentibus, in Messiam exhibitum credentibus & crediturís, compositus sit.

4. Tribus omnes populi Israelitici, hoc nomine sæpius à tribu Iuda distinguuntur.

5 Israel, Tribus Iuda, 2. Samuel. 15. 17. & 1. Reg. 12. 17. Speciatim verò ciues Ierosolymitani, 2. Paral. 31. 15.

6. Israel, decem tribus quæ regnum constituerunt à domo Dauidis separatum, & sub Ezechia funditus ab Assyriis euersum.

7. Israel, terra, regio, termini, fines Israel, Chanaan in qua Israelis posteri habitarunt.

8. Locus in terra Chanaan, Ios. 11. 16. & 2. Sam. 17. 25.

*Israelita*, quidam ex posteris Iacobi patriarchæ, Leuitic. 24. 10. Numer. 25, v. 8. 14. Iudic. 7. 11 1. Sam. 14. 22. & 17. 11. & 31. 7. In nouo Testamento Israelitæ nomine Iudæus intelligitur, tum Christi discipulus, tum eiusdem quoquo modo aduersarius, Ioann. 1. 47. Act. 2. 22. & 3. 12. & 5. 35. & 13. 16. & 21 28. Rom. 9. v. 4. 6. & 11. 1. 2. Cor. 11. 22. Israelitis mulier, Leuiti. 24. 10.]

ISSACHAR (id est, viri merces) Iacobi ex Lea filius, Genes. 30. v. 17. 18. benedicitur. 49. 14. Deuter. 33. 18. eius genealogia, Genes. 46. 13. 1. Paral. 7. 1. sors, Iosue 19. 17. [Hoc nomine etiam Issacharis tribus designatur, Genes. 49. 14. Deut. 27. 12. & 33. 18. Iudic. 5. 15. & 10. 1. 1. Paral. 12. 40. & 27. 18. 1. Paralip. 30. 18. Ezech. 40. versi. 25. 26. 33. Significat etiam sortem seu regionem Issacharitarum in terra Cha-

naan, Iof.17.11.1.Reg.4.17.]

ITALIA, regio & patria Romanorum, ab Italo rege fic dicta. Act.18.2.& 27.1.6.Heb.13.24.

ITER fabbathi, pro itinere duorum milliarium, Actor. 1.12. Itineris filiorum Ifrael dux Deus fuit, interdiu & noctu, Exodi 13.21. itineris Iacob comes Deus, Genef. 28.15.

IVBAL, Lameth & Ada alter filius, citharæ & organorum muficorum inuentor, Gen.4.21.

IVBILAEVS annus, & eius lex, Leuit.25.v.10.11.&c. Vide Solemnitas.

IVDA (ex Iehouæ & celebrandi verbo, Iehuda dictus) Iacobi ex Lea filius nafcitur, Gen.29.35. ducit vxorem, 38.2. nurũ fuam inceftu contaminat, v.10. benedicitur, 49.8. Deut.33.7. eius genealogia, Gen.46 12.1.Paral.2 3.

IVDA Tribus fola Dauidem fequitur, 2.Sam.2.10.& 20.1.1.Reg.12.20. eius idololatria, 14.22. Amos 2.4. Mich.1.9. V. IVDAEI. Ne fornicetur cum idolis, monetur, Ofe.4.15. eius captiuitas prædicitur, Ier.4.7.

[IVDA, Heb. Iehuda, patriarchæ Iacobi filius, cuius varia hiftoria à 29.cap.Gen. ad 50. defcribitur multis locis, ficut & in fequentibus libris. V. Teftamenti, & Matth.1.v.2.3. Luc.3.33.Heb.7.14.

2. Hoc nomine defignantur pofteri Iudæ patriarchę, qui tribum inter duodecim tribus conftituerunt, Num.2.3.Deut.27.12.Iudic.1.2.1.Sam.15.4.

3. Regnum Iudæ, quod ex tribu Iehudæ, parte item trib.Beniaminis & Simeonis cõftitutum eft. Huius etiam regni fubditi. Vide libros Regum, Paralip. Prophetarum maiorum & minorum: in quibus regni Iudæ frequens mentio.

4. Iudæi, feu populus ex captiuitate in Iudæam reuerfus, & quorum patres regibus Iudæ, feu Dauidis fucceforibus fubditi fuerant. V. Efdram, Nehem. Agg. Zachariam & Malachiam.

5. Tribus Iudę fors feu regio, 1.Reg 13.v.1.12.21.2.Reg.23.17.Luc.1 65.

6. Iudas, nomen difcipuli Chriftiani, Actor.9.11. Iuda Iohannæ filius, Luc.3.26. Iofephi F. Luc.3.30.]

IVDAEA, (quæ & Chananęa & Palęftina) aliâs eft tota terra duodecim tribuum: aliâs duæ tantùm tribus Iuda & Beniamin hoc nomine defignãtur. (V. Iudæi paulò inferiùs.)

IVDAE-

IVDAISMVS opponitur Christianismo: Gal. 1.13.14.&c. vtriusque Paulus fuit obseruantissimus: illius quidem vt hostis Christi, huius verò vt fidelis eiusdem præco.

IVDAS Iacobi frater, Marc.6.3. Iudæ v.1. Ioh.14.22.

IVDAS Iscariotes (id est, vt nonnulli coniectant, Hebræis *Isch-Keriyot*, hoc est, vir Keriot, seu Keriothites, ab vrbe in Tribu Iuda sic vocata oriundus, cuius fit mentio Iosu.15.25.) Apostolus eligitur, Matth.10.4. Marc.3.v.14.19. Lucæ 22.3. Ioan.12.4. fur erat & latro, v.6. marsupium eleemosynarũ habebat, 12.6.& 13.29. Christi proditor appellatur, Mat.10.4 & 26.48. Mar.14.44. à Satana possidetur, Luc.22.3. Christum osculo prodit, Matt.26.v.48.49. Mar.14.v.44.45. Luc.22.v.47.48. Ioan.18.3. peccatum agnoscit, Matt.27.3. pretium turpissimæ negotiationis abiiciens, laqueo sibi mortem consciscit, v.5. suspensus crepuit medius, Act.1.18. Iudæ horrenda conditio, Matth.26.24. Marc.14.21. Lucæ 22.22. eius perfidia multò antè cognita & prædicta, Psal.41.10 Ioan.13.18.

IVDAS Galilæus Pseudopropheta, seditionis autor, Act.5.37. hic & eius asseclæ pereunt, ibid.

IVDAS, qui & Barsabas: Hic & Silas ab Apostolis cum multa commendatione Antiochiam missi, Actor.15.vers. 22.25.

IVDAEVS verus quis, Rom.2. v.28.29. Iudæi vnde oriundi, Ezech.16 ver.3.4. Apostatæ sunt, Ezec.2.3. Filij Prophetarum & pacti, Act.3.25 hoc est, ij quibus peculiariter destinati fuerunt prophetæ, & quibus fœdus est sancitum. Quò pertinet illud Rom.9.4. vel, posteritas Prophetarum, Abraham, &c. ac filij fœderis, id est, semen illud Abrahæ fœdere comprehensum, Hebraismus. Hypocritę, Roman. 2.v.17.23. increduli, & cognitionis Dei expertes, Ioan.7.v.28.& 8.55. inexcusabiles, Ezech.2.v.5.& 3.7. Ioan.15. v.22.24. interfectores Prophetarum, Matth.23.34. Luc.11.49. Act.7.52. 1.Thess.2.15. persecutores Euangelij, Act.13.46.1. Thess.2.14. primi in Ecclesia, Act.11.19.& 13. v.26.46. proditores Christi, 3.v.13.& 7.52. non omnes reiecti, Rom.11.2. Legis transgressores, Ioan.7.19. (.i. confessor veræ de Deo doctrinæ.)

Christum crucifixerunt, Luc.24.20. Act.2.v.23.36.& 3.15.& 4.10.& 5.30.& 10.39. 1. Thess.2.15. hostes suos interficiunt, Esth.9.5. signum petunt, Matth.12.38. & 16. 1. Marc. 8.11. Ioann.2.18. 1.Cor.1.22.

IVDAEORVM adoptio, Rom.9.4. apostasia, Ezech.9.9. cœcitas, Esa,42.19. ceremoniæ, vmbra erant futurorum, Exo. 13.v.9.14. Num.15 38. Deut.6.8. Ezech.20.20 1. Corint.10. 1.2. Corint.3.13. Heb.7.17.& 8.5.& 9.v.1.10.23. & 10.1. consuetudines quædam certæ, Genes.32.32. Iudic.11.40. Ruth. 4.7.2. Paral.35.25. excidium prædicitur, Matt.23.38. Luc.13. 35. generatio, cui similis, Matt.11.17. Luc.7.32. gloriatio inanis, Ezech.33.24. Matth.3.9. Ioan.8 39. Rom.2.17. idololatria, V. IDOLOLATRIA. ignorantia remissibilis, Luc.23. 34. Act.3.17. incredulitas, Roman.10.21. inuidia in gentes. Vid. INVIDIA: &, ZELVS malus. obstinatio, Esa.48 4.& 65. 2. Ierem.5.7.& 6.10.& 7.27.& 17.1.& 25.v.3.4. & 44.17. Ezech 3.7. Actor.7.51.

Peccatum duplex, Iere.2.13. præstantia & prærogatiua, Psal.76.v.1.2. Matt.10.6.& 15.24. Luc.24.47. Ioan.4.22. Act. 3.v.25.26.& 11.19.& 13.v.26.46. Rom.3. v.1.2.& 9.4. Eph.1. 12.& 2.12. purificationes, Ioan.2.6. reiectio, Esa.50.1. Matt. 8.12. Luc.13.v.28.30. religioni eorũ multi adhærent, Esth. 8.17. sæuitia in Paulum, 2. Corin.11.24. superstitiones, Gen. 32.32. Matt.15.2. Marc.7.v.2.3.4. Zelus, Vide ZELVS præposterus.

IVDAEORVM & Gentium æqualitas, Roman.3. 28.& 11. 32. Gal.3.14. Ephes.2.14. Col.3.11. Iudæorum & aliarum gentium collatio, Ierem.2.v.10.11. Iudæorum & Gentium cõiunctio, Zach.8.23. Ioan.10.16. Iudæorum & Gentium discrimen, Rom.3.1.1. Cor.1.22. Ephes.2.11.

[IVDEX, Exo.2.14.2. Sam.15.4. Esai.3.2. Matt.5.25. Luc.12.14.& 18.2. Act.7.27. Iudex, Dux, Præfectus, Esther, 3.12. Esa.36.9. Iudex, vindex, liberator, protector, Iudic.2.16. &c. Iudex, Deus, 1. Sam.24.16 Iob.9.15. Ps.7.12. & 50.6.& 68. 6. & 75. 8. Esai.33.22. Heb.12.23. Iacob.4.12.

Iudex, Christus, Act.10.42.2. Tim.4.8. Iac.5.9.]

IVDICES quales esse oportet, Exodi 18.21. & 23.v.2.3. Leuit. 19.15. Deut.1.16. Dij appellantur, Exod.21.6. Psalm.82.v.1. 6. Ioan.10.v.34.35. honorandi sunt, Exodi 22.28. Actor.23. 5. Iudices & Magistratus in singulis vrbibus constituendi, Deut.16.18.

IVDICVM *bonorum exempla*: Moses, Exodi 18.13. Othoniel, Iudic.3.v.9.10. Thola, 10.1. Iephthe, 12.7. Samuel, 2. Sam.12.v. 3.4.5. Salomon, 1. Reg.3.28. V. MAGISTRATVS.

*Iudicum iniquorum exempla*: Pilatus, Matth.27.26. Marc. 15.15. Luc.23.24. Ioann.19.16. Ananias Pontifex, Actor.23. 2. Iudi-

2. Iudicum rapacitas damnatur, Amos 2.6. Iudices pro gubernatoribus, Iudic.2.v.16. 18. 19. Iudices rexerunt & gubernârunt Israelem circiter annos trecentos quinquaginta, Act.13.20.

IVDICARE, pro gubernare, Iudic.3.10. & 4.4.& 10.2.& 12.v.7.8.11.13.& 15.20. Hebr.10 30. pro damnare, Genes.15. 14. Matth.7.1. Roman. 2. 3. & 14.13. in priore parte versus, in posteriore verò parte, pro, iudicium adhibere in re quapiam constituenda. Sic & 2. Thess.2.12. Heb.11.7. Familiari item loquendi formula, pro, virtutis suæ exemplo aliena vitia coarguere, Matth.12.v.27 41. 42. Iudicari pro damnari, 1. Corint.10.29. 1. Pet.4.6. pro iudicio experiri, 1. Cor. 6.1.

IVDICABVNT Sancti mundum, Matth. 19.28. Luc.22.30. 1. Corinth.6.2. Iudæ v.14. I. Christus quidem iudex erit viuorum & mortuorum, sed quo est erga suos amore præditus, eos sibi adiunget. Hinc dixit Matth. 19. 28. Luc.22. 30. Sedebitis, &c. & Apostolus de electis, Obuiam ituros Christo in aerem, 1. Thess.4.17. Mundi autem nomine cœtus malorum intelligendus est, quem electi Christo præside in nouissimo iudicio damnabunt: Angelorum verò nomine, Spiritus mali significantur. II. Alij sic explicant: Norma iudicij externi non tam Lex, quàm Euangelium erit, iuxta illud, Ioan.12.48. Rom. 2. 16. quam ob causam Christus Apostolos, duodecim Tribus Israel iudicaturos, Matth.19 28, Luc.22.30. Paulus verò electos, qui Christum fide amplexi erant, & Euangelio crediderant, mundum iudicaturos, 1. Cor.6.2. asseuerat.

Nam etsi Legis quoque voce damnantur impij, tamen non ex lege, sed tantùm ex Euangelio ostenditur, quæ res discrimen faciat inter damnandos & saluandos, cùm omnes homines naturâ sint filij iræ, & nemo in hac vita cõformis Legi fuerit, Ephes.2.3. Ps.14.1.& 53.3. Rom.3.12. hęc verò solius Euangelij, quod Apostoli prædicârunt, & electi crediderunt, non autem Legis vox est, quæ quidem norma futura est extremi iudicij, iuxta illud Ioannis 3. 36.& 12.48. Rom.2.16. III. Alij breuiter sic: Apostoli duodecim Tribus Israel iudicaturi sunt, hoc est, Apostolorũ fides Israelitis omnem ademptura est in extremo iudicio excusationem. Vt iudicandi verbum perinde ac Matt. 12.v.41.42. accipiatur.

IV. Alij sic: Sancti mundum iudicare dicuntur, eò quòd

Deus omnes ſuos aduerſarios in extremo iudicio ſtiturus eſt coram ſe, & coram cœtu Eccleſiæ, quod ſe facturum pollicetur Deus, Ioel.3.2. vbi per conuallem Ioſaphati (quæ nomen habuit ab inſigni victoria, de qua 2. Paral.20.) intelligendum cenſent totius Eccleſiæ conſpectum.

[IVDICIA Dei, Exod.6.6.& 7.4. Pſalm,105 7. Eſai. 26. v.8 9. Ezech.5.v.8.10.15,& 16 41 & 25.11.& 30,19. *Iudicia* in veteri Teſtamento ſæpiſſimè dicuntur conſtitutiones, iura, leges, mandata, præcepta ſtatuta Dei, populo per Moſis manum tradita, ad cultum externum & varia officia vitæ pertinentia, Exod.15.25. Leuitic.18.4.&c. Num.36.13. Deut.4.1.&c. Ioſu.24.24.25. Ezec.5.6.&c. Dan.9.5. iudicia, Mirabilia, potentiæ ſigna conſpicua, 1. Par.16.14.]

IVDICIVM pro æquitate, Luc. 11, 42. pro reformatione & emendatione, Ioann.12.31.1. Petr.4.17. pro ratione rerum adminiſtrandarum, Rom.11. 33. vnde & iudicare pro gubernare non rarò accipitur (Vide IVDICARE) pro autoritate quam obtinet Chriſtus in cœlo & in terra, Ioan 16 11. vt ipſemet videtur explicare, Maatth.28.18. ſupra omnes cœlos videlicet ſublatus, Philip.2.9. pro eo ſupplicio, quo affectus eſt Chriſtus, Actor.8 33. pro ipſis iudicij pœnis, Matt.5.22. pro Dei vindicta, & in peccatores animaduerſione, 1. Petri 4.17. pro ſummo imperio & autoritate, qua quod iuſtum & æquum eſt ſtatuatur, & iuſto eiuſdem vſu, Ioan.5.v.27.30.& 9. 39. pro eo quod æquum & iuſtum eſt, Luc.11.42. pro ſtatu compoſito, Matth.12.18. quia videlicet à Chriſto vera religio inter Gentes erat promulganda, eiectis ſuperſtitionibus, quod vbicunque fit, ibi regnare dicitur Dominus, & iudicare: hoc eſt, rebus præeſſe & & moderari.

Iudicium æquum eſſe debet, Leuit.19.35. Deuter.25.1.& 27.19. Amos 5.15. Mic.6.8. Zach.7.9.& 8.16. Ioan.7.24.& 8. 15. iudicium debet præcedere deliberatio & cauſæ cognitio, Geneſ.3.11.& 11.5 & 18.2. Exod.3,7,8,& 23,1, Deut.13, 6. 8.& 17 9.& 19.18. Ioſ.7.18.& 22.13.&c. iudic.20.v.3.12, Pro. 18.13. Eccleſ.11 7. iudicia præcocia & temeraria fugienda, pſalm.41.1. Matth.7.1. Luc.6.37.& 12.57.& 13 2. ioann.7.51. Rom.2.1.& 11, v.2,3.4.& 14.v.3.4,10.13.1. Cor.4. v.3.5. Iac.4. v.11,12.

*Iudicij temerarij exempla* : Heli, 1. Sam.1.13. Rex Iſraël 2. Reg.

2.Reg.5.7.quidam ex iudæis,Matt.27,47,ioan.11.37. Pharisæi,9.16.Petrus,Actor.10.v.15.16.Barbari.28.4. ¶ Iudicium peruersum,Eccles.11.9.Matt.12.7.Luc.7.33. ioann.7.24.& 9,16 Actor.28 4.Rom.2.1.& 14.v.4.13 1. Corin.4.5.1. Tim.5.21.iac.4.11.¶iudicium extremum, Matth.25.v.30.31. Luc.21.v.27.28.1.Thess.4.v.15.16. Heb.9.28.

IVGVM Dei ab adolescentia ferendum, Thren.3.27.iugum Christi facile,hoc est,quod ferri facilè potest, ob idque ferendum,Matt.11.v.29.30.quomodo autem dicatur facile,explicatur.1.Ioann.5.v.2.3. Iugum ferreum imponit Deus contumacibus,Deut.28.48.

[IVGVM, Cacumen,fastigium,vertex montis, 2.Sam.16.13. Esai.37.24.Ezech.36.6.

2. Instrumentum ligneum quo boues iunguntur & arctantur, Num.19.2.Deuter.21.3.1.Sam.6.7.2.Sam. 24.22.

3. Par boum arantium,1.Reg.19.19.Iob.1.3. & 42. 12. Luc.14 19.

4. Iugum figuratè dicitur dominium,Num.21.30.Ps. 2.3.Esai.9 4.& 10.27.& 14.25.& 47.6.Iere.27.v.8.11. & 28.v. 2.4.11.& 30.8.1.Tim 6.1.

5. Correctio paterna Dei,Thren 3.27.

6. Christi doctrina & disciplina,Matth.11.v.29 30.

7. Disciplina sancta,Ier.5.5.

8. Seruitus corporalis & dura, Genes.27.40.Deut.28. 48.Ierem.2.20.Ose.11.v.4.7.

9. Seruitus spiritualis, Act.15.10.Gal.5.1.

10. Societas arcta,2 Cor.6.14.]

[IVLIA,Rom.16.15.]

IVLIVS Centurio humanitate in Paulum non mediocri vtitur,Actor,27.3.Pauli salutis studiosus est,v.43.eum conductitia domo sub militis custodia habitare permittit,Romæ:28.16.

[IVMENTVM,pro asino,Gen.42.27.& 45.17.2. Chr.28.15.pro camelo,equo,mulo,homines & sarcinas gestante, Es.30. 6.Luc.10.34.pro quouis quadrupede domestico, ad varios vsus aptato ion.37.8.& sæpius alibi.]

[IVPITER,Act.14.12.13 & 19.35.]

IVPITER idolum,Vide IDOLORVM catologus.

IVRARE quatenus liceat, vel non liceat, & quàm variis modis contingat,Genesis 14.22.& 21.24.& 22. 16. & 24.3.

& 25.33.& 26.v.3.31.33.& 42.15.& 47.31.& 50.5.Exodi 13.19
& 20.7.& 22.11.& 23.13. Leuit.5.4.& 19.12.Num.14.21.&
30.1.&c.Deut.6.13.& 7.8.& 10.20.Iosue 1.6.& 6.22 & 9.15.
& 23.7.Iudic.21.vers.17.18.1 Sam.14.24.& 19 6.& 24 22.&
25.34.& 28.10.& 30.15.2Sam.3.35.& 19.7.& 21.v.2.17.1.Reg.
1.v.13.29.& 2.8.& 8.31.& 19 2.2.Para.6.22.& 15.14.& 36.1.1
Esdr.10.5.2 Esdr.10.29. Iob.27.2.Psalm.15.4.& 24.4.& 63.
12.& 89.4. & .95.11. & 102.9. & 110.4. Eccles.23. v.9.17. E-
sai.14.24.& 19.18.& 45.23.& 49.18.&54 9.& 65.15.Ierem.4
2.&5.v.2 7.&12.16.& 22.5.&44.6.& 51.14. Ose.4.15.Amos,
6.8.& 8.7.Sophon.1.5. zachar.8.17. Matthæi 5.33.& 23.v.
16.20.21.22.Hebr.6.v.13.16. Apoc.10.6.Iurandum non est
temerè,Matt.5 34.

IVRAMENTVM Legitimum, est species inuocationis Dei, qua petitur, vt Deus sit testis animi iurantis, quòd non velit in ea re de qua iurat, fallere, & puniat iurantem si fallat,sancita à Deo vt sit vinculum veritatis inter homines, & testimonium quòd Deus sit author & defensor veritatis. Heb.6.16.Exod.23.13.2.Cor.1.23.

Huic contraria sunt Iuramentum temerarium,ex leuitate,hoc est,nulla necessitate, aut nulla graui de causa datum:de quo, Mat.5.34. Iacob 5.12. Et periurium, de quo suo loco.

[IVRAMENTVM Dei,Gen.22.16. Exod.13.5.11.& 23.13 & 33.1.Iosu.1 6.Iudic.2.1. Ps.89.4.50 & 95.11.&110.4.& 95.11. & 132.2.11.Esai.14.24. & 45.23.& 54.9.& 62.8.Ierem.11.5.& 32.22.Amos.4.2. &.6 8.& 8.7.Mich.7.20. Luc.1.73.Heb.3. 11.18.& 4.3.& 6.13.&.7.21.

Iuramentum est cultus diuini species,Esaię 45.23 & 48. 1.ideò synecdochicω̃s pro toto Dei cultu sumitur,Psal.63. 12.Ier.4.2.Vide Esa.45.23 Rom.14.11.Philip.2 v.10.11.per Dei nomen iurandum, Deut 6.13.& 10.20. Iosu.23.7.Esai. 65 16 Ier.5 7.& 12.16.non per idolorum nomina, Exo.23. 13.Iurare,pro iuramento dare, Gen 50.24 25.

*Iuramenti tam boni quàm mali, violati & inuiolati exempla:* Abraham, Genes.14.22. Abraham & Abimelech,21. 23.ServusAbrahæ,24 9 Esau,25 33. Abimelech,Ochozath, Phicol & Isaac,26 31. Iacob,31.53.Ioseph,42.v.15.16.& 47. 31. fratres Ioseph So. 24.25. Deus, Num.14,v.28.29.& 32. 10. Deuter.1.v.8 35.& 26 3.& 29 13.& 30.20. Exploratores Ierichuntis, Iosu.2 12. Iosue cum Principibus Israel, 9 15. Moses,14 9.Israelitæ, Iudic.21.1.Amos 8.14. Soph.1 v.4.5.

Ruth.

Ruth, Ruth.1.17. Anna, 1.Sam.1 26. Eli, 3.17, Dauid & Ionathas, 20.v.3.13 17 Saul 14.39 & 19 6. & 28.10 Populus Israel, 14.45. Abner, 17.55. Dauid, 24 3. & 25.v.22.34 & 30.15. 2 Sa. 3 35. & 4.9. & 12.5 & 19.v.13.23 1 Regum.1 v.17 29 Achis 1.Sam.29.6 Ioab 2.Sam.2.27. & 19.7. mulier Thecuitis, 14. 19. Viri Dauidis, 21.17. Salomon, 1 Reg.2.v.23.24. Elias, 17 1 & 18.15. Mulier vidua, 17 12. Abdias, 18 10. Iezabel, 19.2. Elisæus 2 Reg.2 v.2 6. & 3.14. & 5.16. Vidua paupercula 1.Reg.17 12. Giezi 2.Reg.5 20 Rex Syriæ, 6 31. Godolias, 2.Reg.25 24. Ieremi.40.9. Iuda, 2.Paral.15.14. Sacerdotes & omnis Israel, 1 Esd.10 5. Deus omnipotens, Esai.14.24. & 45.23. & 54 9. & 62.8. Ierem.51 14. Amos.6.8 & 8 7. Ezech. 16.8. Acto.2.30. Iudæi, Ierem 5.7. Sedechias, 38.16. Vir indutus lineis, Dan.12.7. Herodes, Matth 14.7. Marc.6 23. Petrus, Matth.26.v.72.74 Marci 14 71. Paulus Romanor.1.9 & 9.1 1.Cor.15 31 2 Cor.1.23 & 11 31. Galat 1.20. Philip.1.8 1.Thess.2.v.5.10 2 Thess.2.1. Angelus, Apocal.10.6.

Ivsivrandvm seruandum, Iosue 6 22. & 9.18. non falsò nec temerè iurandum, Exod.20.7. Leui.19.12. Deut.5.11. Zachar.5.v.3.4. Matth.5.34. & 23.v 16.18 20.21. Iac.5 12. Iurisiurandi falsi expiatio, Leuit.5.v.4.5.6. Iurisiurandi finis, Hebr.6.16. Iurisiurandi in nomine Dei indirectè concepti formulæ. Ruth.1.17.1. Sam.1.26. & 3.17. & 14.v.39.44. 45. & 17.56. & 19.6. & 20 v.12.13 & 24.7 & 25. v.22.26.34. & 26 16. & 28.10. & 29.6. 2. Sam.2.27. & 3.v.9 35. & 4.9 & 11.11. & 12 5. & 14.v.11.19. & 19.13 1. Reg 1.29. & 2.v.23.24. & 17.v 1.12. & 18 v.10,15. & 22 14. 2. Paral.18.13. 2. Reg.2.v. 2.4.6. & 3.14. & 4 v.30. & 5.v.16.20. & 6.31. Ierem.12.16. Matth.5.34 Iurisiurandi Deo peculiaris formula, Esai.49 18. & 62.8. Ieremiæ 51.14 & 22 24. & 46.18. Ezech.5.11. & 14. v.6.18.20. & 17.v.16.19. & 18.3. & 20 v.3.31 33. & 33.v.11.27. & 35.v.6.11. Soph.2.9. Iurisiurandi religio, Iudi.21.18. 2. Paral.36.16. Ezech.17.v.16.18.19. *Iurisiurandi exempla*, Vide Ivramenti exempla

Ivs gladii, Genes.9.6. Exodi 21 12. Leuit.24,17 Num.35.ver. 20.21. Deut. 19.v.11.12. & 19 13 Matth.26.52 53. Rom.13. 4. 1.Petri.2.14 Apoc.13.10. Ius belli inexpugnãdis vrbibus, Deut.20 v.10.11.12. Ius publicũ, Dei opus, Prou.16.11. ideóque non violandũ, 20 10. Ius regiũ, Deut.17 v.14. &c. Ius iniqui, & effrænis regis, siue tyranni, 1. Sam.8.v.11. &c.

Ivstificare, pro iustum se approbare, Luc.10.29.

Ivstificare, pro iustum declarari, Matt.12.37.

IVSTIFICANDI verbum multipliciter vſurpatur in ſacra Scriptura, quæ multiplex acceptio & ſignificatio hoc loco explicanda venit.

*Primo*, cùm iuſtificatio non ſemper conſideretur abſolutè in eo cui ineſt iuſtitia, ſed etiam comparatè alterius alicuius ratione, quando tum demum incipit iuſtus eſſe aliquis, cùm ipſius iuſtitia patefit: inde factum eſt, vt iuſtificare accipiatur etiam, pro, iuſtitiam vel ſuam, vel alienam declarare, & ſeſe aut alium quempiam iuſtum cenſere ac agnoſcere, vt Matthæi 11.19. Lucæ 7.v.29 35.& 10.29.& 18.&c.

*Secundò*: Iam verò quia in iudiciis, qui inſons declaratur, is etiam liberatur, & iudicio eximitur: hinc quoque factum eſt, vt iuſtificare & condemnare opponantur, id eſt, vt iuſtificare nihil aliud declaret, quàm abſolui, vt Matt. 12.37. Act. 13. ver 38.39. Ro.5.16.& 8.30,&c. & aliis in locis, in quibus fideles dicuntur non condẽnari.

*Tertiò*: Neque id verò duntaxat in re forenſi dicitur, ſed in genere iuſtificari à re aliqua, ſignificat, ab ea re prorſus liberũ & immunem fieri, ac declarari, Rom. 6.7.

*Quartò*: Deniq; quia iuſtitiæ nomine interdum vniuerſalis quidam virtutum omnium concentus declaratur interdum verò virtus illa, qua ſuum cuique reddimus: denique nonnunquam Dei bonitas in eo præcipuè apparens, quòd nobis quantumuis indignis præſtet quicquid vltrò pollicitus eſt: pro varia iuſtitiæ ſignificatione, variè quoque dicitur iuſtus aliquis vel fieri, vèl declarari. Sic dicitur Chriſtus iuſtificatus Spiritu, 1 Timoth. 3.16. id eſt, diuinam illam naturam, quæ in ſeſe eſt integerrima, & perfectiſſima, ipſámque adeò integritatem & perfectionem hominibus eſſe patefactam per diuinam illam virtutem in Chriſto corporaliter habitantem, Coloſ. 2.9. quæ toties, ac præſertim in carnis ipſius reſurrectione ſeſe exeruit: Sic Iacobo dicimur ex operibus iuſtificari, Iac. 2.21. id eſt iuſti declarari, (vnde Abraham ex operibus iuſtificatus dicitur) quia is demum iuſtus eſt, qui iuſtitiam facit: & contrà, Operibus neminem iuſtificari teſtatur Apoſtolus, Roman. 3.20. hoc eſt, iuſtum cenſeri & abſolui, vt integrum & ἀνέγκλητον coram Deo, vt ipſe explicat, Coloſſ. 1.22. Item qui iuſtus eſt, debet laborare, vt adhuc iuſtificetur, id eſt, cui datum eſt velle ac facere, is quotidie debet donum Dei in ſemetipſo excitare,

rare, vt magis ac magis in ſtudio pietatis ac innocentiæ proficiat, Iuſtificari, pro, iuſtum pronuntiari apud tribunal Dei, Roman.2 13. Iuſtificamur fide in Chriſtum, Actor.13 39. Rom.4.6.& 5.1. Gal.2.16. non ex operibus Legis, 3.10.

IVSTIFICATIO propriè, eſt actio Dei iudicialis gratuita, qua electos accuſationi & maledictioni Legis in ſeipſis obnoxios, per fidem, propter Chriſtum, imputatione iuſtitiæ illius, iuſtos iudicat, ad laudem gloriæ gratiæ ſuæ, & ipſorum ſalutem.

IVSTIFICATIO, pro peccatorum remiſſione, & iuſtitiæ imputatione, Roman.5.18. ex Chriſti gratia proficiſcitur, 3.24 & 4.6. Iuſtificatio vera, Eſa.53.11. Iuſtificationis nomen large acceptum, Tit.3.7. ita vt complectatur quicquid à Chriſto conſequimur, tum per imputationem, tum per Spiritus nos ſanctificantis efficaciam, vt ſimus perfecti & integri. Sic capitur & Rom.8.30. Iuſtificationis finis quis, 7.4. cauſa efficiens quæ, nempe Chriſtus. Gal.2.20.

¶ Iuſtificationem, qua quis ex iuſto fit iuſtior, adſcribi bonis operibus contendunt Pontificij, ex Eccleſ. 18.22. Rom.2.13. Iac.2.v.21.24. Apoc.22.11.& hanc ſecundam vocant iuſtitiam. ¶ Docent præterea iuſtificationem impij non fidei ſolùm, ſed aliis etiam virtutibus adſcribi paſſim in ſacris literis, vtpote ſpei, Rom.8.24. charitati, Exo. 20.6. Prou.10.12. Luc.7.47.1 Cor.13.4. Galat.5.6.1. Pet.4.8. 1. Ioan.4.v.7.8.9. timori, Eccleſ.1.v.27.28. pœnitentiæ operibus, Sapien.11.24. Ezech.18.v.21.22. Mat.3 v.2.8. Luc.7. in exemplo Magdalenæ: & 15. in exemplo filij prodigi: & 18. in exemplo publicani. Bonis operibus, Matth.5.12.& 10. 42.& 16.27.& 25 34. Rom.2.6.1. Cor.15.28.2 Corr.5.10.2. Timot.4 8. Hebr.6.16.& 10.35.& 11 26. Iac.2.24. Apoc.20.v.7 8.& 22 12.

IVSTITIA, pro ea iuſtitia, quæ nobis per Chriſti gratiam communicatur, Rom.3.v.21.22. ex fide comparatur, Heb. 11 7. nulla eam præcedunt merita, Ge.15 6. Eſa.45 25.& 53. v.8.11. Ierem.23 6.& 33.16. Dan.10 7.&c. Abac.2 4. zachar. 9 11. Act.10 43 & 13 39. Rom.1.17.& 3.v.21.22.& 5.v.1.18.& 10.v.4.10.1. Corint.1.30. Gala.2 16.& 3.11.& 5.5. Philip.3.9. Tit.3.7.1. Petri.3,18. Hæc iuſtitia Chriſto in ſolidum tribuenda eſt, vt ſtent dicta illa, Ro.3.v.10.20.& 4.2.1. Cor. 4.4. Gal.2.21.

Quomodo autem iustitia ipsis etiam hominibus tri-buitur, de fructibus tantùm & testimoniis iustitię ex gra-tia in nobis creatæ, (non autem de causa efficiente, mult[o] minus de illa Christi iustitia, gratis nobis imputata, cuiu[s] vnius merito coronamur) accipiendum est, vt Lucæ 1.6[.] Iustitia pro beneficentia, 2. Corin.9.10.¶ Iustitiæ nomin[e] interdum Hebræi speciatim eleemosynam intelligunt[,] vt verterunt etiam Græci, Deut.24.13. Dan.4.27. pro leg[e] & regula rectè viuendi, Romanor.6.19. pro perfectione[,] Hebr.5.13. Iustitia vera quæ, Philipp.3.9. commendatur[,] Prouerb.21.3. Ephes.5.9. 1. Tim.6.11. 2. Tim.2.22. Tit.1.8.& 2.12.

*Iustitiæ & æquitatis exempla:* Abraham, Gene.13.9. Mo-ses, Num.27. vers.5.6.7. Samuel, 1. Sam.15.33. Dauid, 26. 23. & 30.24. 2. Sam.24.24. Harbona Eunuchus, Esther 7.9. Deus, Ierem.51.49. Rex Darius, Dan.6.24. quidam Rex, Matt.18.34. (Vide AEQVITATIS & iustitiæ exem-pla.) Iustitia Pharisaica damnatur, Matt.5.20. Lucæ 16. 15. & 18. 14. *Iustitiæ Pharisaicæ exempla*: Legisperitus, Luc.10.29. Princeps quidam, 18.22. ¶ Iustitia in Christo triplex consideranda: *Vna* essentialis, quatenus Dei est, quæ cùm sit ipsamet Deitas, distinguenda est omni-no etiam in Christi persona ab ea iustitia, quæ est qualitas assumtæ humanitati, vt subiecto inhærens. *Al-tera* est perfectissimæ sanctitatis & integritatis habi-tus, quo plenissimè perfudit illam à se assumtam hu-manitatem ab ipso conceptionis ex Spiritu Sancto mo-mento. *Tertia* est huius habitus effectum, quo factum est, vt Legem perfectissimè pro nobis, pro quibus etiam & natus est, & Legi sese subiecit, præstaret, obediens fa-ctus Patri pro nobis vsq; ad mortem, & quidem mortem crucis.

Ex his autem illa, cùm sit essentialis, per se maneat o-portet: de alterius imputatione, quæ corruptioni nostræ opponitur, agitur Rom.8. in initio capitis. De tertia verò, partim quatenus in ea versatur nostrorum peccatorum expiatio, agit Apostolus Rom.5. vsque ad versum 11. cuius imputatione per gratiam, aboleri reatum naturali propa-gatione contractum, idem Apostolus docet, v.17. ¶ Iustitia Dei passiuè, vt Augustinus interpretatur, pro illa iustitia, qua Deus iustos facit, Psal.32.1. & 71.2. Rom.1.17. & 3.21. A-ctiua enim Dei iustitia dicitur, qua iudicat & punit no-centes.

centes. Iustitia Dei, pro eo quod præscribit Deus, Iac.1. 20. Iustitiam facere, Hebræis est iuste & recte viuere Psal. 15.2. Mat.6.1. ¶Iustitiæ lex Paulo, Rom.9.31. est ea iustitiæ norma, quæ in Lege Dei præscribitur, & est vera, si quis Legẽ præstando, possit eam adipisci. Iustitiæ liberum esse, Paulo, Roman.6.20. est, nullo iustitiæ imperio teneri, sed peccati iugo prorsus mancipatum esse.

¶IVSTITIA, Dei lex & timor, pietatis, æquitatis, temperantiæ regula: omnis denique cogitatio & actio cum illa lege conueniens, Gen.18.19. Deut.4.5. & 9.v.4.5.6. Iob.29. 14. Psal.7.9. Prou.11.v.4.5.6.18. Eccles.7.16. Esai.1.21. Ierem. 22.v.3.15. Ezech.18.v.19.20.&c.& 33. v.12.&c. Dan.6.22. Ose.10.12. Matt.5.20. Luc.1.75. Rom.10.5. Eph.5.9.1. Tim. 6.11. Iustitia, Eleemosyna, Matth.6.1. Ius, Nehem.2.20. Esai.54.17. Ius gentium, à Deo ipsi hominum naturæ insitum: lex naturæ, Rom.1.32. Religionis Christianæ professio, Matt.5.10.1. Petr.3.14. Salutaris cognitio Dei, Dan.12. 3. Malac.3.3. Vitæ ratio, Esai.57.12.

3. Iustitiâ, Dei attributa varia significantur. 1. Administratio felix & gubernatio recta, Psal.85.14.& 94.15. Esai. 32.v.1.16.17.11. AEquitas, Psal.85.v.11.12. & 89.15. & 97.2.& 48.11.& 99.4. Idque sub regno Messiæ, & vt sequentia demonstrant testimonia, Esai.11.4.& 33.5. & 40.14.111. Iudicium, Iudi.5.11. Iob.37.23. Psalm.36.7.& 50.6. Esai.5.16. & 28.17. Amos,5.24. Mich.6.5.2. Pet.2.5.1v. Omnipotentia, Psal.97.6. Esai.28.29.v. Promissionum veritas summa cùm clementia & benignitate coniuncta, Psal.5.9.& 31.2.&40. v.10.11.& 48.11.& 51.16.& 71.v.2.15.16.19.24.& 88.12.&89. 17.& 98.2.& 103.17.& 143.1.& 145.7. Esai.45.23. Iere.9.24. Ose.2.19. Mich.7.9. Rom.3.5. Ephes.6.14.

4. Iustitia, nempe illa qua subsistimus coram Dei iudicio ad vitam æternam, Gen.15.6. Rom.1.17.& 3.v.21.22.25. 26.& 4.v.3.5.6.9.11.13.22.& 5.17.& 9.30.& 10.v.3.4.10.& 14. 17.1. Cor.1.30. Gal.2.21. & 3.v.6.21.& 54. Philip.3.9. Heb.11. 7. Iac.2.23.2. Petr.1.11 & 3.13.

5. Iustitia Christi, Ioann.16.v.8.10. Rom.5.vers.18.21 & 8.10.

IVSTVS Deus, Deut.32.4.2. Par.12.v.5.8. Neh.9.v.15.33. Ps.11.7. & 116.5 & 119.137 & 129.4.& 145.7. Esai.45.21. Ierem.12.1. Thren.1.18. Dan.9.14. Sophon.3.5. Apoc.16.5. Iustus, Deus Pater, Ioan.17.25.1. Ioan.1.9. Iustus Christus Messias, Dei Filius, θεάνθρωπος, &c. Esai.53.11. Ier.23.5. Zachar.9.9. Act.3.

14.& 7.52.& 22.14.2.Tim.4,8.1.Pet.3.18.1.Ioan.2.v.1.29.&
3.7.1.Pet.2.22.

Iustus, homo dicitur, qui gratiam à Deo Patre propter Mediatorem Christum consequutus, vitam suam ad prescriptu legis diuinæ instituit, Ge.6.9.& 7.1.Nu 23 10.Iob. 36.7.Ps.32 11.& 33.1 & 34 v.16.18.20.22.Esa.3.10.& 26.v. 2.7.Habac.2.4.Matth.25.v.37.46.Luc.15.7.Rom.1.17.Gal. 3.11 *Iustus*, Innocens, probus, æquitatis & rectitudinis amans, Improbo & reo oppositus, Gen.18.23.Exo.23.v.7.8. Deut.25.1.1.Re.2.32.Iob.32.v.1.2.Prou.17.15, Eccl.3 17.& 7.16.Esa.5,23.Ezec.3 v.20.21.& 18.v.5.9 &c.& 33.v.12.13.18. Amos 2.6.Abac.1.4.Matt.27.v.4.19.24.Rom.5 7.1.Tim.1. 9.Iaco.5.6.Iustus, naturâ Deo gratus, perfectus, sine macula, Eccl.7.20.Rom.3.10. Iustus nomen proprium viri, Act.1.23.& 18.7.Col.4.11.Iusti, hypocritæ, qui se iustos esse somniant, & tales haberi cupiunt, Matt.9.13.& 23.28.Mar 2.17.Luc.5.32.& 18.9.& 20.20.]

Iustus, pro apud homines innocente, non occidendus, Exo.23 7.(Vide P11.)Iusti apud Deum qui, Rom.2.13.1. Ioan.3.7.Iustus accusator sui, Prou.18.17. Iustus coram Deo nemo, Iob 4.17.& 9.2.& 25.4.Psalm.143.2. Eccl.7.15. Iustus fide sua viuit, Abac.2.4.Rom.1.17.Gal.3.11.Heb.10. 38.Iustus pronunciatur Publicanus, Luc.18.14. Iustus vix effugit tribulationes, 1.Pet.4.18. Iusto auertenti se à via, mors, Ezec.18.24.& 33.12.Iusto non est lex posita, Gal.5. 23.1.Tim.1.9.Iusti & beati, Ps.32.1.Iusti iudicabunt impios, Prou.14.19.(Vide IVDICARE.) Iustorum finis incognitus, Esai.57.1.Iustorum resurrectio, pro extremo iudicio, Luc.14.14.Iustorum securitas, Prou.28.1. Iustus pro summè veraci, & fideli, Roman.3.4,

*Iustorum exempla*. Noe, Gen.6 9.& 7.1.2.Pet.2.5.Thamar Gen.38.26.Samuel, 1 Sam.12.3.4. Eccles.45.v 16.17.&c. Dauid, 1 Sam.24.18.Abner & Amasa, 1 Reg.2.32. Iob, Iob.1.1. Ioseph Mariæ vir, Matt.1.19. Abel & Zacharias, 23 35. Christus.27.v.4.19.Luc.23.47.Actor.3.14. & 7.52. zacharias & Elisabeth, Luc.1.6, Simeon, 2.25. Cornelius, Act.10. v.1.22.Loth, 2.Petr.2.7. Paulus, 1 Corinth.4.v.3 4.

IVVENES quales esse debeant, Tit.2.6.1.Pet.5.5.Iuuenum consilium secutus Roboam punitur, 1 Reg.12.10. &c. Iuuentus in timore Dei erudienda, Eccles.12.1.3. Iuuentutis cupiditates fugiendæ, 2.Tim.2.22.à iuuentute benefaciendum, Eccl.11.9.& 12.1.(Vide Adolescens) Leuit.19.32.

Ixos: eo non vescebantur Iudæi, Deut. 14. 13.

# L.



ABAN filius Bathuelis, Rebeccæ frater, lętus seruum Abrahę hospitio excipit, Genesis 24. v. 31. 32. Iacobo obuius proficiscitur, 29. 13. tenax est & astutus, 31. 15. Iacobum fugientem insequitur, v. 23. fœdus cum Iacobo init, v. 44. ( candidus, aut later.)

[LABIA Dei: Iob. 11. 5. & 23. 12. Psalm. 17. 4. Esai. 30. 27. Labia Christi, Psal. 45. 3. Cant. 5. 13. Esai. 11. 4. *Ecclesiæ*, Cant. 4. v. 3. 11. & 7. 9.

Labium, Labrum, pars nota oris, 1. Sam. 1. 13. Iob. 19. 20. Esai. 6. 7. & 37. 29. Dan. 10. 16. Abac. 3. 16. Labium, idioma, sermo, Gen. 11. v. 1. 6. 9. Labium, Labia, signif. non modò os & linguam, sed etiam loquendi facultatem & actum, Exod. 6. v. 12. 30. Deut. 23. 23. Iob. 1. 22. Hebr. 13, 15. 1. Petr. 3. 10. Labium, Limbus, Ora extrema alicuius rei, Exod. 25. v. 24. 25. 1. Reg. 7. v. 23. 24. 26. 2. Par. 4. v. 2. 3. 5.] sapiens cohibet labia sua, Pro. 10. 19.

LABII ænei forma, Exo. 30. 18.

LABIORVM fructus, laus Deo facta per Christum, Heb. 13. 15.

LABOR, πόνος vel χολή, siue diligentia, est seria corporis animiue nostri ad honestum & concessum aliquod opus aut studium applicatio, atque in eo strenua occupatio: vt & Deo seruiamus, & proximo vtiles simus, ex quo etiam nobis victum quærere, si ita necesse est, possimus.

LABOR manuum præcipitur, Psal. 128. 2. Prouerb. 10. 4. & 12. 11. & 13. 4. & 20. 4. & 28. 19. & 31. 27. Eccl. 5. 11. Ephes. 4. 28. 1. Thess. 4. 11. 2. Thess. 3. v. 10. 12. Labor & dolor omnibus communis, Gen. 2. 15. & 3. v. 17. 19. Exo. 20. 9. & 34, 21. Deut. 5. 13. Par. 128. 2. Prou. 6. 6. & 10. 4. & 14. 4. & 20. 4. Eccles. 5. 11. Iob. 5, 7. Eccl. 29. 29. Ioan. 21. 3. Act. 18. 3. & 20. 34. 1. Cor. 4. 12. Eph. 4. 28. 1. Thess. 2. 9. & 4. 1. 2. Thes. 3. v. 8. 12. Labor non ditat sine Dei benedictione, Gen. 3. 17. & 26. v. 3. 12. & 30. 27. Deut. 8. 18. Iob. 42. 12. Ps. 127. 2. Prou. 10. 22. Eccl. 11. 6. Ad laborem nascitur homo, Iob 5. 7. Pastoribus laborandum, 2. Tim. 4. 5.

LABORIS manuum & agriculturæ laus & vtilitas, Prou. 12.

11.& 13.4.&.14.23.& 24.27.& 28 19.

LABORANTI merces debetur, Leuit.19.13. Deut.24 15. & 25. 4.Ier.22.13 Malach 3 5.Matth.10.10. Luc. 10.7.1.Cor.9.v.9. 14.1.Tim.5.18.Iac.5.4.

[LABOR, pro afflictione & animi cruciatu, Psal.25 18.& 88. 16.Ier.20 18.Thren.3.5.Aba.1.3 pro molestia quam quis aliis molitur. Ps.10.v.7.14.& 94 20.Esai.59.4. Peruersitas, Ps.55.11.]

LAC pro Dei sermone, vero vitæ spiritualis alimento, 1. Per.2.2.Pro primis fidei rudimentis, 1. Cor.3.2. Heb.5.12. Lac & butyrum peregrinis appon tur, Ge 18.8. Lacte fluit terra Chanaan, Exodi 3. 8 Lac pro victu sufficienti, Ex. 3.8.17. Deut.6.3.Ios.5.6.Ier.32.22.

[Lac, i. doctrina veritatis 1.Pet.2.2. Lac mysticum, Cant.4.11. & 5.v.1.12.]

LACHIS vrbs in Tribu Iuda, Ios.10 3.à Iosua capitur, v.32.à Roboamo muris cingitur, 2. Par.11.v.9.11

LACRYMAE, Vide FLETVS. *Lacrymantium exempla*: ibid. cum lacrymis monet Paulus fratres. Act.20. 18.orat cum lacrymis pater Dæmoniaci suam à Christo incredulitatem iuuari, Marc.9 24. Lacrymis rigat peccatrix Christi pedes, Luc.7.38.

[LACVS Aquarum congregatio, Exod.7.19 Esai.22. 11.fouea, Psalm.7. 16. Dan 6.v.7.12 16.&c. Labrum vinarium, seu amplum vas in quod mustum fluit & retinetur, Apoc.14. vers.19.20.Cisterna,2.Sam.23.15.Esa.51.1. Sepulchrum, Psalm.28.1.Esa.38.18.Ezec.26.v.10.20. Hoc nomine designatur Babylon, quæ fuit ad tempus velut sepulchrum Ecclesiæ, Zach. 9. 11. Miseria summa. Psal.88.7. Thren.3.v.53 55.]

LAETITIA, de alieno bono, Est sincerum animi nostri gaudium cum gratiarum actione, quæ Deo fit à nobis, propter alterius vel nouum commodum & fœlicitatem, vel recepti iam boni incrementum & accessionem.

LAETITIA. *Lætitiæ post victoriam exempla*: Moses & populus Israeliticus, Exo.15.v.1.2. Maria cum aliis, v.20.21. Debora & Barac, Iudic.5.v.1.2. Mulieres Israelitiçę, 1.Sam.18 v.6.7. Iosaphat & omnis vir Iuda, &c. 2. Paral.20.v.27.28.vide GAVDIVM.

LAGANA: eorum oblatio, Leuit.2.4.

[LAGENA, Amphora, Marc.14.13. Hydria, & Iudic.6.16.19. Vter, vtris, 1.Sa.10 3.& 16.20.Esai.30.14. Modius, Agg.2.17.

Lagun-

Laguuncula, Bathus: Esai. 5.10. Lagona, Ierem.19.1.10. Ramus, Esa.10,33. Vter, vtris, Iob.32.19. Ierem.13.12. & 48.12.]

[LAICOS, vt vocant, non debere se immiscere rebus Ecclesiasticis probare se posse putant Pontificij testimoniis detortis ex Leu.10.1. Num.1.51 & 3.10. nec vasa sacrata temerè contingere, 1.51. & 4.v.15. 19.20. & 18.7. 2. Samu.6.6. 2. Par.26.18. Laici panes, 1. Sam.21.4.

LAIS ciuitas in Tribu Aser pacatissima, Iudi.18.7. à filiis Dan capta succenditur, v.27. & appellatur Dan. v.29. & Lesen. Ios.19.47. (Lais, leo.)

LAMEC, Methusaelis filius polygamus, Gen.4.18. eius de sua & Caini morte ad vxores oratio, v.23.24. (.i. humiliatus.)

LAMEC, Methusela filius, Genes. 5.25. ætate iam prouecta, Noah filium gignit, v.28. eius de filio vaticinium, v.29. Vixit 777. annos, v.31.

LAMENTATIONE sua Ioannes Baptista non pellexit Iudæos ad pœnitentiam, Matth.11.18. Vide Lamentationes Ierem. c.1. &c.

LAMINAE seu bracteæ sacræ forma, Exo.28.36. & 39.30. & vsus, 28.38.

LAMPAS. Lampades virginum prudentum & fatuarum: Mat. 25.1. &c. V. Act.20.8. Lampades ardentes ante thronum: Apoc.4.5. V. Lucerna.

LANGVORES inobedientibus proponuntur, Deut. 28. 61. Languoribus medetur Christus, (Vide MIRACVLA.) Mat. 4.23. & 8.17.

[Languores spirituales, Esai.53.4. Matt.8.17.]

LAODICAEA, vrbs Lydiæ in Asia minore, prope Colossas: Col.4.13.15. Apoc.1.11. & 3.14.

LAPIS: Lapides in monumentum erecti, Gen. 28.18. Ios.24. 26. 1 Sam.7.12. duodecim lapides è medio Iordanis sublati, Ios.4.3. eorum significatio, v.5 6.7. alteri duodecim lapides in aceruum in medio Iordane à Iosua erecti, v.9. Lapidibus pluit, 10. 11. Lapis viuus Christus, Matth, 21. 42. 1. Pet.2.6. offensionis, Psal.118.22. Matt.21.42. Act.4 11. 1. Pet. 21.7. Lapides viui Christiani, v.5. lapides quibus insculpta erant nomina Israelis Exo.28.9. &c.

[Lapis communis, Gen.28.v.11. 18. 22. preciosus à communi dist. Exo.24.10. & 39.14. 1. Reg.5.17. & 7. v.9. 10. 11. nomen Loci, ob insigne aliquod facinus, Iosu.15.6. 1. Sam. 4.1. 1. Re.1.9. Pondus, Prou.16.11. Rupes, perfugium, protectio,

Gen.49.24.*Lapis*, Christus, fundamentum Ecclesiæ, *psal.* 118.22. Esa.8.14.& 28.16.Dan.2.v.34.35.45.Zach.3.9.Matth. 21.v.42.44.Act.4.11.Rom.9.v.32.33.Eph.2.20. 1.Pet.2.v.4. 6.7.8 Lapis onerosus & mysticus, Zach.12.3. Lapides mystici, Ecclesiæ militantis ædificium spirituale, Esai.54.v. 11.12.1.Pet.2.5.Lapides cælestes, summam Ecclesiæ triumphantis felicitatem adumbrantes, Apoc.21.v.11.18.19.]

LAPIDARE, pro lapides in aliquem coniicere, Marc.12 4. Lapidatio, genus supplicij Hebræis solenne, Leuit.20.v.2. 27.& 24.14.Ioan.8.5.Lapidandus est abducens à fiducia in Deum, Deuter.13 6.blasphemus, Leuit.24.10.&c Diuinus, 20.27.*Eorum qui lapidati sunt exempla*: Blasphamus, Leuiti. 24.23. Colligens ligna in sabbatho, Numer.15. ver.35.36. Achan, Iosu.7.25. Aduram, 1.Regum 12.18. Naboth, 21.v. 13.14.Seruus, Matth.21.35.Stephanus, Act.7.ver.58.59.Paulus, 14.19. 2. Corinth. 11.25. (Vide MORTIS violentæ exempla.) Lapidare volunt Christum Iudæi, Ioann.8.59.& 10.31.

LAPSVS à fide, V. APOSTASIA.

LAQVEI mortis, 2.Sam.22.6. *Laqueo vitam finientium, exempla*: Achitophel, 2.Sam.17.23. Aman, Est.7.10. Iudas proditor, Matth.27.5. Act.1.18. V. MORTIS violentæ exempla. Laqueus conscientiis non iniiciendus, 1.Cor.7.35.

[Vide CONSCIENTIA. Laqueus aucupis, Prou.7.23. Eccles.9.12. Amos 3.5. Laqueus strangulans hom. desperabundum, Matt.27.4. Laqueus Dei, seu iudiciorum Dei in homines descriptio, ad captum nostrum accommodata, Psalm. 11. 6. & 69.23. Esai.8.14.Rom.11.9. 1.Timoth.6.9. Laqueus Diaboli, 1.Tim.3.7.2. Tim.2.26. Laqueus hominis, i. varia pericula, in quæ homines aliorum hominum pessimis artibus, non sine Dei permissione, incidunt vel incidere possunt, Iosu.23 13. Iob 18.9. & 22.10. Psalm. 9.16.& 10.9.& 18.6.& 25.15.& 31.5.& 124.7. & 141.9.& 142. 4. Esai. 24. vers. 17. 18. Thren.3.47.Ose.5.1.& 9.8.Luc.21. 34.35.]

LARVM non comedebant Iudæi, Leuit.11.16. Deut.14.15.

LASCIVIA ἀσέλγεια damnatur, Pro.7.22. Ose.4.16.Amos, 6. 4.7.Marc.7.22.Rom.13.13.2.Cor.12.21.Gal.5.19. Eph.4.19. 1.Petr.4.3.2.Pet.2.18. Iudæ.v.4.

[LASSVS, defessus, ab itinere, labore vario defatigatus, Gen. 25.29.Num.21.30.Deut.25.18.Iudic.8.15. 1.Sam.30.9.10.21. 2. Samu. 16. 14. & 17. 2. Lassus, afflictus, inopia, variaque ægri-

ægritudine pressus, Iob. 4. 5. & 22. 7. Esai.28.12.& 29.8. lament. 5.5. lassus, infirmus in Dei cognitione & timore, peccator resipiscens, Esai.40. 29. & 50. 4. Ierem. 31.25.

LATINORVM quorundam vocabulorum Græcè declinatorum catalogus, V. VOCABVLA, &c.

LATITVDO cordis data Salomoni, 1.Reg.4.29. [latitudo, locus spatiosus, 2.Sam.22.20.Ps.118.5.& 119.45. Ose.4.16. latitudo mystica, Ephes.3.18.]

λατρεύω & δουλεύω pro eodem, Rom.1.9.& 16.18. cùm duo ista verba in illis locis inter se commutentur. λατρεὺς quoque ergo & δοῦλος idem sunt. ¶ Vana itaque, imò & falsa est illa duleiæ, latreiæ, & hyperduleiæ distinctio à Papistis excogitata. V. DVLEIA.

LATRINAE ex æde Baal factæ, 2.Reg.10.27. (Mat.15.17.Dan. 3.29.

LATRONIS cum Christo pendentis fides, Luc.23.42. Latrones. (Vide FVRES.) Vide Luc.10.30.2. Cor.11.26.Matth. 21.13.

LATVS Christi aperitur, Ioan.19 34.V.1.Ioh.5.6.

LAVACRVM mysticum, Ephes.5 26.Tit.3.5. V.Ioh.5.2.

LAVABANT Iudæi mortuos, Actor. 9. 37. pedes peregrinorum, Iudic. 19.21.Genes.43.24.Vide Ioh.13. 8. &c. Apocal.1.5.

LAVS in ore proprio sordescit, Prou.27.2.

LAVDIS sacrificium Deo gratissimum, Psalm. 50.14.& 107. 22. Hebr.13.15. Laus nostra Deus, Exodi 15 2. Deut.10.21. Ps.22.4.& 109 1.& 118. 14.Esa.12.2.Ier.17.14 Laudis hostia offerenda per Christum, Heb.13.15. in laudem suam elegit nos Deus, Deut.26.19. Eph.1. 6. Laudes immodicæ suspectæ, Prou.27.21. Laudes Deo canendæ, Ps.47.2.& 147.7. & 150.1.Esa.12.4.Eph.5 19. Col.3 16.Heb.13.15. Iac.5.13. Laudandus Deus ante & post sumptum cibum, Deuter. 8.10. Laudare Deum pro merito non possumus, Ps.96.4.&106. 2.& 119.16.& 145.3.[Laus hominũ, Gen.49 8.Ps.10.3. Luc. 16.8. 1.Cor.11.2. Laus Ecclesiæ, Cant.6. 8. Laus idolorum, Iudic.16.24. Dan.5.v.4.23.]

*Laudantium Deum exempla*: Moses & Israelitæ, Exodi 15.1. Turbæ, Leuit. 9. vers.23.24. Israelitæ, Iosue 22.23. Dauid, 1.Paral.29. vers.10.11. Psalm.18.4. & 22.23. & 35 18. & 51.v.16.17.& 56.5.& 59.17.& 71.23.& 116.17. & 119.v.171.

& 145.2.& 146.2.Leuitæ & Cantores Asaph, 2.Paralip.5. v.11.12.13.Populus Israel,7.3.Sacerdotes,Leuitæ, v.6.5 20. 19.multitudo,29.v.27.28. Sacerdotes & omnis populus, 1. Esdr.3.v.10.11.Nehemias & pars Magistratus, Nehem.12. 40.Daniel,Dan.6,10.Sidrach, Misach,& Abdenago, 3.v. 24.25.26.(vide in Apocryphis.) Nabuchodonosor.4.v.34. &c, Pueri, Matth.21.15.Angeli, Luc. 2.13. Pastores,v.20. Plebs.18 43.Turba,19.v 37.38.Discipuli,24 v.53 54. Claudus sanatus à Petro,Actor.3.versi.7.8. Paulus & Silas, 16. 25.(Vide GLORIFICANTIVM exempla.) Homines ita laudandi, vt eorum vitia non probentur. *Exempla*: in Asa, 1,Reg.15.14. Amasia, 2.Paralipom.25 2.Ioatham, 27.2.

LAZARVS .i.à Deo adiutus, mendicus pice, ante ostium diuitis epulonis iacet, Lucæ 16 20.

LAZARVS, Christi amicus, Ioan.11.5. propter Dei gloriam morbo correptus,v.4.à mortuis excitatur, v.43. excitatus persecutionem sustinet à Iudæis.12.10.

LEA,filia Laban,natu maior, Gen.29.16,pro sorore Rachele supponitur, v.23. præ sorore à viro contemnitur, v.29. 30. Deus eam fœcundam reddit, ver. 31. (Leah .i. laboriosa.)

LEBBAEVS, cognominatus Thadæus, discipulus Christi, Matt.10.3. appellatur Iudas Iacobi frater, Luc.6.16.

LEBNA,seu Lebadana,locus in deserto,vbi castrametati sunt Israelitæ,Num.33.20.(.i.luna,siue albedo.)

LEBNA,ciuitas Sacerdotum in Tribu Iuda, à Iosua capitur, Ios.10. v.29 30. & 15.42.

LECTIO Legis præcipitur, Iosu. 1. 8. Deuter.31.11.Lectio Legis & Prophetarum vsitata, Actor.13.v.15. 27. & 15.21. Lectio Scripturarum quàm vtilis,2.Petr.1.19. Apocal.1.3. Vide 2.Tim. 1.6.& 3.vers.15.16.& 4.13. 1, Cor.10. 11.Rom. 15.4.Lectio Scripturæ sacræ Pastoribus necessaria, 1.Timoth.4.13. Vide Actor. 17. 11. Psalm.1.2.Col.3.16.Deuter. 6.6.

[LEGATIO sacra,2.Cor.5.20.Ephes.6. 20.] Legatus Prou.13. 17.& 25.13.

[LEGIO Angelorum Sanct. Matth.26.53. Cacodæmonum, Marc.5.7. Luc. 8. v.30.36. turmæ cursorum vel satellitum principis,2.Sam.15.18.2.Reg.11.19. 1.Paral. 18. 17. Legio dicitur quibusdam cohors trium millium peditum &trecentorum equitum. Alij numerum maiorem,alij minoré constituunt.

LEGISLATIO, constitutio, Rom. 9. 4.]

LEGISLATOR, vnus, Iac. 4. 12. Esai. 33. 22.

LEGISPERITI, i. Legis interpretes, obiurgantur, Luc. 11. v. 46. 51. 52. 53.

LEMVEL [. i. is qui Dei fortis est) Solomonis nomen à matre inditum, Prou. 31. v. 1.

LENITAS vitiosa, (qualis fuit in Saule parcente Regi Aggago contra Dei præceptum, 1. Sam. 15.) Est iustæ & debitæ pœnæ vel remissio in totum, vel perfunctoria inflictio, vt impunè vel leuiter castigatum maneat peccatum, quod seuerè castigandum fuit. Alia est animi lenitas, quæ non modò non reuocat iniuriam acceptam, sed eam lubenter etiam ei, qui veniam non deprecatur, ignoscit, propter Dei præceptum.

LENITAS in corrigendis fratribus commendatur, (Vide MANSVETVDO.) Gal. 5. 22. Coloss. 3. 13. 1. Thessal. 5. 13.

LEO de Tribu Iuda, Apoc. 5. 5. Leo occidit Prophetam inobedientem, 1. Reg. 13. 25. & 20. 36. Leones in Samariam à Deo immissi, & quare, 2. Reg. 17. 25. Eius natura Iob 39. 1. Psal. 104. 21. Amos, 3. 8.

[LEO Deus figuratè dictus à iudiciorum effectu, Thren. 3. 10. Leo, impius ad Christum adducendus & adductus, Esa. 11. v. 6. 7. & 65. 25 Leones, fortiss. duo Moabitæ, 2. Sam. 23, 20. Leones, Ecclesiæ hostes, tyranni, Psal. 22. 22. & 35. 17. & 57. 5. & 58. 7. & 91. 13. Ierem. 2. 15. & 4. 7. & 5. 6. & 50. 17. 2. Timot. 4. 17. Leo rugiens, Diabolus, 1. Petr. 5. 8. Leones ærei & aurei, 1. Reg. 7. v. 29 36. & 10. 19.]

LEPRA, Galeno cæterisq; Græcis medicis, scabiei genus est, cutem deformi obducens crusta, ab atra nascens bile, corpusque vehementer pruritu infestans.

LEPRA à lepra distinguenda, Leuit. 13, 2. Lepræ plaga metuenda, Deuter. 24. 8. Leprosus quomodo mundandus, Leuit. 14. 2. Leprâ peccatores Deus affligit. V. Deut. 24. 9. *Leprosorum exempla:* Maria, Numer. 12. 10. Naaman, 2. Reg. 5. 1. Giezi, cum posteris, v. 27. quatuor leprosi, 7. 3. Rex Ozias, 2. paral. 26. 19. quidam leprosus, Matth. 8, 2. Marc. 1. 40. Luc. 5. 12. Simon leprosus, Matth. 26. 6. Leprosi sub Eliseo, Luc. 4. 27. decem leprosi, 17. 12, à Christo sanati, ingrati, præter vnum: ibid.

Leprosi mundantur, Vide MIRACVLA. Leprosæ domus consideratio, Leuit. 14, 34. Leprosorum segregatio,

15. 40. Num. 5. 2. 2.Reg.15.5. A Deo lepra mittitur: Leuit. 14.34.

LEPVS: eo non veſcebantur Iudæi, Leuit. 11. 6. Deut.14.7.

LEVI (ab audiendi verbo ſic dictus) Iacobi ex Lea filius naſcitur, Gen.29.34. eius benedictio, Deut.33.8. occidit cum fratre Simeone Sichimitas, Gen.34.25. punitio iſtius facti, 49.5. Leui in Abrahami lumbis decimatus, Heb.7.9. [Leui, qui & Matthæus, Marc.2.14. Luc.5.v.27.29. Alij duo ita nominati, Luc.3.v.24.29.]

LEVITAE Tabernaculo deſtinati, Numer.1.50. & 3.6. Deut. 10.8. & 18.5. & 33.10. 1. Paral.15.2. 2. paral. 26. 18. & 29.11. & 35.3. Leuitæ hæreditatem propriam nullam habuerunt, ſed illis pro hæreditate erat Deus, Numer. 18.20. Deut. 18.1. Ioſu. 13.14. Leuitæ numerantur, Numer. 3. verſic. 15 16. Leuitæ zelo Dei prędıti, Exodi 32.26. quomodo purificandi, Numer. 8. verſi. 6.7. 21. Leuitarum ætas, qua ad miniſterium admittebantur, verſi. 24. in claſſes diſtribuuntur à Dauide, 2. Paralip. 35. 4. Leuitarum officia, Numer.1.50. & 3.1. &c. & 4.4. & 18.2 Paralip.6.31. & 9. 14. 2. paralip. 8.14. & 19.8. Ezech. 44. 1. pro primogenitis Iſrael aſſumit eos ſibi Deus, Numer. 3. v.12,41 & 8.16. puniunt peccatum erecti vituli, Exodi 32. 26. expelluntur ex Iſrael, 2. paralip. 13.14. Leuitarum habenda ratio, Deuter.12.19. & 14.27. Leuitarum vrbes, Numer.35.v. 2.3.

LEVIATHAN, à varia & valida ſquamarũ inter ſe connexione dicitur, eſtq; ex cęterorũ genere Balęna vaſtiſsima, quę tãtæ eſt amplitudinis, vt latiſſima quædam rupes aut inſula potiùs, quàm animal quoddã in mari natãs appareat. Totas naues vel maximas etiam oneratas facillimè cum oneribus euertit. Tantam aquarum copiam per fiſtulam capitis eructat, & vnà tantum fumum exhalat, vt naues impleat, tenebras circum inducat, ac litora ipſa & viciniã continentem natans quatiat. pſ.104.26. Vide eius deſcriptionem, Iob.40.20. ad finem vſq.: & 41. 4. ad finem vſq. Alij Crocodilum nomine Leuiathan intelligunt, animal ἀμφίβιον, aliquoties incredibilis magnitudinis & roboris, vt naturalis hiſtoriæ Scriptores teſtantur.

LEVIATHAN: eius fortitudo, Iob.40.verſ.20.24. [figuratè intelligitur hac voce ſublimitas omnis ſpiritualis & corporalis, quæ vi vel fraude ſe aduerſus Deum effert, Eſai. 27. 1.] V. Balæna.

LEVITAS, Vide INCONSTANTIA, & Fidelitas.

LEX: Lex *primò* pro vniuersali doctrina, Iac.1.25. *Secundo*, in genere, pro doctrina omni, quæ aliquid aut præscribit, aut interdicit, Rom.3.v.20.27. qua ratione Euangelium vocatur Lex fidei, ibid. hoc ést, doctrina, quæ salutem proponit sub conditione, Si credideris, quam & ipsam conditionem gratis dat Dominus, vt implere possimus. *Tertio*, synecdochicωs pro ceremoniis legalibus, 1 Cor.9.20. *Quarto*, pro secunda Legis Tabula, Rom.13.8. *Quinto*, pro præceptis secundæ Tabulæ, Gal.5.14. *Sexto*, pro toto veteri Testamento, Ioan.10.34. & 15.25. Ps.1.2. & 19.8. Rom.3.19. Gal.4.21. pro doctrinæ sacræ libris, 1 Cor. 14.21. *Septimo*, pro quinque libris Mosis, Gal.3.21. *Octauo*, pro Mosis & reliquorum Prophetarũ scriptis, Rom.3.21. in posteriore versus parte. *Nono*, pro ordinatione Aaronica Heb.7.v.12.

Lex appellatur *L*iber Domini, Esa.34.16. Litera, 2 Corinth.3.7. quia lapideis Tabulis insculpta fuit, & audientium respectu non maiorem vim habet, quàm scriptum aliquod per se omnis virtutis expers, nisi apud eos à quibus præstari possit. Eiusmodi verò facultatem cùm Lex in nobis non inueniat, sed contrarias potius tenebras, & animum prorsus ei repugnãtem, ideò nihil aliud, quàm externa prædicatione docet, quid flagitet, quid prohibeat Deus: nostrum autem illud vitium non modò non emendat, sed etiam irritat, vnde præceps est ad mortem saltus, nisi aliunde remedium petatur. At Euangeliũ, seu nouum fœdus, quatenus Legi opponitur, per se & in se consideratum, dicitur Spiritus: *primo* propter veteres ceremonias, temporarias, & in rebus, crassis & corporeis positas: *secundo*, quia materia, argumentum, Minister denique Euangelij est IESVS Christus, non iam docens quid fugere, quid facere oporteat (quod Legis officium est) sed seipsum in æternam vitam gratis offerens credentibus, nec offerens modò, sed etiam reipsa insinuans. (Vide LITERAM vocare solet Paulus.) Neque enim sicut Lex benedictionem, addita operum conditione, ita Euangelium iustitiam sub fidei conditione offert: (ita enim & Lex & Euangelium non vitam, sed mortem offerrent: cùm nec facere, nec credere per nos possimus) sed diuerso prorsus modo. Lex quippe opera & quidem perfecta exigit, nec facultatem

operandi præbere poteſt, ideóque in morte iacentes damnat. Euangelium verò per Spiritum Chriſti, quem ſecum habet adiunctum, fidem quam à nobis exigit, etiam donat electis, vt in Chriſto per eam apprehenſo iuſtificati ac ſanctificati vitam æternam adipiſcantur. Itaque Euangelium viuificum, iuſtitiæ, vitæ, ſalutis, pacis, ęternum denique dicitur. Vnde illud quoque liquet, literæ appellatione expoſitionem, quam vocant literalem; ſpiritus autem nomine allegorias intelligi non debere, vt nonnulli autumant. Vide LITERA: &, EVANGELIVM ſpiritus dicitur.

Appellatur item Lex Miniſterium mortis, 2 Cor. 3. 7. extra Chriſtũ ſcilicet conſiderata: vel, quatenus facit, vt ex agnitione peccati intelligamus non eſſe morte dignos. Vide LITERA. Pactũ Domini, 2. Par. 6. 11. Pædagog⁹ noſter, Gal. 3. 24. Vocatur autem Lex ceremonialis pædagogus, non quatenus opponitur Chriſto, vt chirographum mortis, Coloſſ. 2. 14. ſed quatenus Chriſtum expectatum adumbrabat: Aut, ſi de toto Decalogo interpretari malimus, Decalogus dicetur Pædagogus ad Chriſtum: quia poſtquam nos ad agnitionem peccatorum noſtrorum adduxit, ſimul etiam ſtimulum addit, vt de remedio ſeriò cogitemus, & ad medicum IESVM Chriſtum plena fide & fiducia confugiamus. Dicitur item Verbum vitæ, Actor. 7. 38. virtus peccati, 1. Corinth. 15. 56. extra Chriſtum ſcilicet conſiderata: vel quia illius aduentu peccatum, quod antè ſopitum & penè mortuum iacebat, in nobis reuiuiſcit, vt explicat idem Apoſtolus, Rom. 7. 9.

LEx quomodo per Chriſtum Abrogata, Epheſ. 2. 15. Coloſſ. 2. 14. nempe implendo illam, Matth. 5. 18. delendo chirographum, quod aduerſus nos erat, Coloſſ. 2. 14. ac à damnatoria Legis ſententia & maledictione ſuos liberando, Rom. 6. 14. &c. Lex quibus Bona, 1 Tim. 1. 8. Lex. * Ceremonialis quo ſenſu vocetur ab Apoſtolo mortis chirographum, Coloſſ. 2. 14. Vide CEREMONIA. Lex ceremonialis ſynecdochicè, per Circumciſionem, vt. illius inſitionem, intellecta, Rom. 2. 15. Lex quorſum Data, 3. 20. & 5. 20. & 7. 7. Galat. 3. 19. 1. Tim. 1. 9. Lex quorſum, & quem in finem propoſita ſit, explicat Apoſtolus, Galat. 3. 19. Senſus eſt: Legem poſitam eſſe hominibus arguendis, vt ad promiſſionem tantò cupidiùs reſpicerent, & intel-

ligerent,

ligerent, patefactis transgressionibus, se sola Dei gratia quam Abrahamo patefecerat & promiserat, seruari, ac proinde omnes in Christum respicerent

Lex iusto posita non est, 1. Timot. 1.9. hoc est, Lex non lata est aduersus eum, qui ad ipsius normã mores suos sponte componat, quales sunt ij soli, quos Dominus vera doctrina & Spiritu Sancto imbuit. Alij sic explicant, vt sit sensus (quæ tamen explicatio cum priore pene coincidit) Iusti non egent Lege, quia Spiritus in ipsis inhabitans eos gubernat, & ipsi sua sponte ad bonum opus efficiendum se inclinant. Nonnulli dicunt, verbum κεῖται in Græco textu positum esse pro ἐπικεῖται, vt sit sensus: Lex non premit, non vrget iustos, quum ij, qui sunt in Christo, sint extra condemnationem, Rom. 8.1. Sunt qui locum hunc à consideratione duorum Legis terminorum, obligationis scilicet, vel ad obedientiam, vel ad pœnam, explicandum censeant, vt sit sensus: Iusto Lex posita non est, scilicet ad condemnationem, intelligendo locum de altero Legis termino, quo obligat ad condemnationem & pœnas æternas inobedientes.

Præter has pias & veras explicationes, simplicissima huius loci sententia petenda videtur ex Galat. 5.23. vt sit sententia: Iusto non est Lex posita, hoc est aduersus iustum, id est aduersus eum, qui fructus illos Spiritus in se habet, quos ibidem ponit Apostolus, non est Lex posita. Lex iram efficit, Rom. 4.15. non sua, sed nostra culpa: quia cùm iam inde à nostro exortu simus iræ Dei obnoxij, superuenit postea Lex, quæ nostra culpa, non sua, damnationem cumulet, ac veluti cœptum opus absoluat. Lex per Mosen data, Ioan. 1.17. Act. 7.38. per dispositionem Angelorum accepta, Exodi. 19.1. Act. 7.53. Gal. 2.19. ex Sione Egressa, Mich. 4.2. Internũtij opera lata est, Galat. 3.20. quia Deum vt terribilem ac formidabilem Legislatorem ferre non poterat Israel.

Leuis dicitur, 1. Ioan. 5.3. illis scilicet, qui nouas vires cœlitùs acceperunt, adeò quidem, vt nulla re æquè, ac Lege Dei delectentur, nedum vt illis sit grauis & onerosa, quamuis supersit adhuc grauissimum & asperrimũ spiritus cum carne certamen, id quod suo exemplo docet Apostolus, Rom. 7.21. Sed grauis est eorum respectu, qui in carne sunt: sunt autem omnes homines in carne, qui non sunt renati ex Spiritu, adeò quidem, vt eos non

modò nihil alleuet, ſed etiam opprimat Legis pondus, non ſuo tamen, ſed illorum vitio. Lex ergo per ſe conſiderata, nec grauis nec leuis dici poteſt, ſed comparatè duntaxat, pro varia eorum conditione, quorum reſpectus habetur, vt explicatum eſt.

Lex iugiter Meditanda eſt, Pſalm.1.2. Vide DEI Lex. perquam Pura eſt, 12.7.& 19.v.8.9. & 119. verſ.72.127. Lex Regia eſt, Iac.2.8. hoc eſt, ſine vllis diuerticulis, & quaſi viæ regiæ inſtar omnibus patens: Spiritualis, Rom.7.14. hoc eſt, non tantùm ipſas exteriores actiones, ſed inprimis intimas etiā cogitationes arguens, vt explicat Chriſtus, Matt.5.v.21.22. Lex dicitur non eſſe ex fide, Gal.3.2. hoc eſt, non pronuntiare iuſtum eum, qui credit, ſed qui fecerit quod ipſa præcipit. Lex Viua, ac viuifica eſt, ſi à Chriſto inſpiretur, 2.Cor.3.17.

LEX Chriſti, pro præcepto Charitatis, Ioann.13.v.15.34.35. & 15.12. Galat.6.2. vbi mutua charitas vocatur Chriſti Lex, quæ etiam noua dicitur, & conſiſtit in charitate, Matth.5.44 & 7.12.& 22.36. Ioan.13.34. Roman.13.10. Galat.5.14. & 6.2. 1. Timoth.1.5. Lex Dei, Lex veritatis, Nehem.9.13. piorum oblectamentum, Pſal.1 2. Vide VERBVM Dei. Lex Fidei, Rom.3.27. Vide LEX & eius ſignificata. Lex Hominis ſomnio polluti, Deut.23.10. Lex Iuſtitiæ, Rom.9 31. Lex Libertatis, Iac.1.25.& 2.12. ſic dicta, non quòd nos liberet Lex à maledictione, ſed quia non niſi per Filium liberatis conuenit, quibus iam non eſt onus ſeu iugum impoſitum ceremonialis illius Legis, Actor.15.10. imò quos ne moralis quidem Lex, vt ſeruos ſub metu retinet, ſed Spiritus Dei ad voluntariam obedientiam formar. Lex Mandatorum in decretis ſita, Epheſ.2.15. hoc eſt, in ritibus ceremoniarum. Lex Operum, Roman. 3.27. ſic dicta à Paulo, omnis doctrina, quæ ſalutem promittit cum conditione hac, Si omnia feceris: quam vnus Chriſtus pro nobis impleuit. Lex Peccati & mortis Roman.8.2. Lex Spiritus, pro Spiritu Dei, ibid.

LEx Dei animas conuertit, & corda exhilarat, Pſal.19.v.8. 9. Lex iugum intolerabile neminem iuſtificat, quemadmodum nec præſtatur ab vllo mortalium, Act.13.38.& 15. 10. Gal.2 16.& 3.10. Lex omnibus legenda, Deut.31,12. Lex legitur, 15. & 31.v.9.11. Ioſ.8.33.2 Reg.23.2. Nehem.8.8.& 9.3. Iram operatur, Rom.4.15. Vide ſuprà. Per fidem ſtabilitur,

litur,3 31.in Sacerdotũ ore versetur oportet, Deut.33.v. 9.10.Malach.2.7.Lex & Prophetæ ad Ioannem vsque durant,Matth.11.13. Luc.16.16.

Legis Absolutio in proximi dilectione sita, Rom.13.v. 8.10. (Galat.5.14.) cuius dicti sensus est: Qui diligit alterum, non vnicum aliquod præceptum obiit, sed in genere præstitit quod Lex iubet. Itaque non agit eo loco Apostolus de perfecta vel imperfecta Legis obseruatione, vt nugantur Sophistæ, sed charitatem vt Legis summam commendat, sicut apparet ex ratione, quæ subiicitur, & conclusione, quæ attexitur, nec est aliter intelligenda. Legis Ceremoniæ abrogantur per Christum, Mat.11.13.Marc.15.38.Act.13.38.39.& 15.11.Rom.6.14.& 7.4 & 8.3.Galat.3 13.& 4.5.Eph.2.13.Col.2 14.1 Petr.1.v.11.18. Legis contemtus valde noxius,Prou.28.9.Ierem.11.3.Vide VERBI Dei contemtus.

Legis Finis Christus, Roman.10.4.hoc est, quicunque credit in Christum, habet quod Lex requirit: videlicet perfectam erga Legem obedientiam & iustitiam,quam Christus credenti imputat.Finis enim Legis, est iustificare illos, qui perfectè eam implent & obseruant:quem finem quò minús assequamur, non vlla Legis ipsius qualitas, sed carnis nostræ vitiositas impedit, cui demum ita medetur Christus,vt in eo vno gratis per fidem imputato,finem Legis consequamur,per illum scilicet iustificati, qui pro nobis Legem impleuit, factus pro nobis iustitia, sanctificatio,&c.1.Cor.1.30.

Legis Impletio sine Spiritu Dei fieri & præstari à nobis non potest,Deut.5.29.Psal.118.24.Luc.18.22.Actor.15.10. Rom.8.2.Legis infirmitas, Rom.8.3. Hebr.7.19. & 10.1. Legis iustitia, Rom.10.5. Legis liber in templo repertus,2 Reg.22.8.2. Par.34.14. Legis natura,officium & operatio, Rom.3.20. & 4.15 & 5.20,& 7.v.1.7.Galat.3.19.1. Tim.1.8. Heb.7.v.18 27. Legis obseruatio commendatur, Prouerb.28 7. Eccles.12.15.Malach.4.4.Matth.19.17. Legis obseruatores vltroneos esse oportet, Psal.112.1. Legis obseruatio vitã adfert, Leuit.18.5.Ezech.20.11.Rom.10.5. Legis partes: Lex in tres partes ab Apostolo distribuitur Rom.9 4.in διαθήκας,seu Legem,quam vocant, moralem νομοθεσίαν,seu Legem iudicialem:& λατρείαν, seu Legem ceremonialem: vbi διαθηκῶν nomine intelligendæ sunt Tabulæ fœderis, vt vocantur Deut. 9.v.11.15. Heb.9.4.

vtitur autem plurali numero, quòd duæ essent Tabulæ: quæ interpretatio commodior esse videtur, quàm si ad fœdus cum Abrahamo & eius posteris initium referas: *Primùm*, quia non nisi vnum fuit hoc fœdus, quamuis sæpius renouatum: *secundò*, quia paulò pòst meminit ibidem promissionum, quæ ab illo fœdere vix possunt secerni: *postremò*, quia sic videtur distinxisse Legem Paulus commodissimè in suas illas partes, Moralem, Iudicialem, & Ceremonialem, de qua antè. Vide & ἐντολή. Legis summa, Matth.7.12 & 22.40. Luc.10.27. Legis transgressores maledicti, Deu.27.26. Gal.3.10. (Vide OBEDIENDVM LegiDei.) Legis in vno capite transgressor efficitur omnium reus, Iac.2.10. Quia vnus & idem est Legislator, & corpus Legis indiuiduum: v.11. Legis Tabulæ dantur scriptæ digito Dei, Exodi 31. 18. Deut. 5.22. franguntur, Exodi 32.19. Deut.9.17. dantur aliæ Tabulæ, Exod.34.27. Deut. 10.1.

LEGIS & Euangelij discrimē, 2.Cor.3.v.7.8. (Vide EVANGELII & Legi discrimen.) Legis & fidei repugnantia qualis Gal.3.12.

LEGVM iniquarum conditores reprehenduntur, Esai. 10.1. LIA, Vide LEA.

[LIBANVS in Syria mons nobilis, arboribus, cedris, &c. abundans, Iudic.3.3. 1.Reg.5. 6.&c. Libanus mysticus, Cant. 4. 8. &c. Esai.2.13.& 60.13.] (.i.candidus, aut thus.)

LIBELLVS repudij, & eius lex, Deut. 24. v. 1,2.3.4. Esai.50. 1. Ierem.3.3. Malach.2.16. Matth.5.31. cur à Mose permissus, 19.8. Mar.10.5. post repudium qui secundo matrimonio nullum esse locum contendunt, abutuntur dicto Luc. 16 18.

LIBER pro recensione, Matth.1.1. pro lege, Psal.40.8. Heb. 10.7. Liber videntium, 2.Paral.9.29.& 12.15.& 13 22. Vide LIBRORVM quorundam, &c. catalogus. Liber ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur, qui vocatur Liber vitæ, & viuentium, Exod.32.32. Psal.69.29. Dan.12. 1. Phil.4.3. Apoc.3,5. & 20.12.27. Vide & Lucæ 10.20. vbi piorum nomina scripta esse dicuntur in cælis. Liber inuolutus ad Ezechielem missus, Ezeh.2.9, voratus ab Ezechiele, 3.3. à Ioanne, Apoc.10.10. Liber volans Zachariæ ostensus, Zachar. 5.2. Libri curiosi combusti, Actor. 19.19. Librorum lectio vtilissima, Dan.9.2. [Liber mysticus, Apoc.5.v.1.2.&c.

Liber Dei, ſeu Gratiæ, Sapientiæ & Gubernationis diuinæ Exod.32.33.34.Pſ.139.16.Eſai.34.16.Dan.7.10. Malac. 3.16. Apoc. 20.12.]

[Liber, contractus, Syngrapha, Tabellæ emptionis, Ierem.32.10.&c.Epiſtola, literæ, Eſai.37.14.& 39.1. Ierem.29. 25.29.Artes & ſcientiæ liberales, Dan.1.17.

LIBRORVM quorundam ſacrorum catalogus, qui interciderunt. Liber bellorum Domini, Numer.21 14. Liber Iuſti, Ioſ.10.13.alij librum recti interpretantur, hoc eſt, librum forenſium annalium, ſiue actorum publicorum, qui intercidit, vt alij multi forenſes, quorum Scriptura meminit. Liber Nathan, 2. Paral. 9 29.1.Par.29.29.liber Gad, ibid. liber Semeiæ. 2. Par. 12. 15. liber Haddo, 9. 29. & 12. 15. liber Ahiæ, 9. 29. liber Iehu filij Hanani, 20.34.

LIBERI rectè, & ex Dei verbo inſtituendi, Exod.12.24. & 13. 14.Daniel 4.9.& 6.3.10.& 9.3.&c. Liberi caſtigandi, Prou. 22.15.& 23.v.13.14.Epheſ.6.4.humaniter fouendi, ibidem. Idolis non ſacrificâdi, Leuit.20.2.& 18.21. Deu.18.10.in vtero ſanctificati, 1.Co.7.14. Liberi non ex æquo à parentibus dilecti. *Exempla*: Eſau & Iacob, Gen.25.28. Ioſeph & alij fratres, 37.3.

LIBERORVM erga parentes officium. Epheſ. 6.1.2.3.*Primùm* debent amorem. *Exempla*: Ioſeph, Geneſis 46 29 Eliſæus, 1.Regum 19.20. Diſcipulus quidam, Matth.8.21.*Secundò* honorem.Exod.20.12.*Exempla*: Sem & Iapheth, Geneſ. 9 23.Ioſeph, 46.29.& 48.12.Salomon, 1.Regum 2.19.Paulus & Hebræi, Hebr.12.9. *Tertiò*, obedientiam.Col.3.20. Pro.23.22.*Exempla*: Iſaac, Geneſ.22.v.6.&c.Iacob. 28.v.1.2. Ioſeph, 37.v.13.14.Filia Iephte, Iudic.11.v.36.37. Samuel. 1. Sam.1.24.& 2.26.Salomon, 1.Reg.2.20.Rechabitę, Ierem. 35.v.18.19.Chriſtus, Luc.2.51.Idem pręcipit & Paulus fieri, Epheſ.6. 1. Coloſſ.3.20. *Quartò*, nutritionem.1.Tim.5.4. Pro.28.24.*Exemplum*: Ioſeph. Geneſ.45.v.9.10.11.Chriſtus, Ioh.19.26.27.Minæ in contumaces, Deut.21.18. Exod. 21. 15.& 17.Matth.15.4.Prou.19 26.& 30.17.

*Liberorum contumaciæ & inobedientiæ erga parentes exempla*: Cham, Gen.9.22. Eſau, 26.v.34.35.& 28.v.8.9 Simeon & Leui, 34.30.Heli filij, Ophni & Phinees, 1. Sam. 2.v.22.23.24.Filij Samuelis, 8.3.Abſalom, 2.Sam.16.v.1.2.3. 4.Filius prodigus, Luc.15.v.11 12.¶ Liberorum procreatio donum Dei eſt, Gen.1.28.& 4.v.1.25 & 16. 2. & 20.v.17.18.

& 25 21. & 29.v.30.31. & 30.22, & 48.9 Ruth.4.13.1.Sam.1.v. 19.27. & 2.21.Psal.113 9. & 127.4.Esa.66.9.

LIBERATIONEM, seu libertatem per Christum, Græcis ἀπολύτρωσιν duplicem constituit Paulus, Eph.1.cap. Vnam qua redimimur, persoluto pretio, Christi videlicet sanguine, vt à seruitute peccati & mortis manumittamur, v.7. vt fusiùs explicatur Rom.7.capite. Alteram, qua in iustam libertatem prorsus vindicemur, Ephes.1.14. Nos enim quamuis liberos, retinet tamen aliquatenus per vim peccatum in aliqua seruitutis specie, vt quod volumus, non faciamus, Galat.5.17. & mors etiam nexos in vinculis tenet, in diem illum iudicio extremo destinatum, quo nos Christus, vt à se redemptos, liberali sua manu assereret. Non pugnant igitur inter se duæ istæ liberationes: sed illa quidem peracta est, hanc verò, quæ illius est complementum, speramus, vt Lucæ 21.28. Roman.8.23. Eph.4 30. cuius est arrhabo Spiritus Sanctus, ex quo nos manumissos esse didicimus per fidem, vt nos tandem in iustam libertatem ex malæ fidei possessoris potestate asserendos esse non dubitemus. Illam igitur docendi causa ἀπολύτρωσιν ἐλευθερώσεως vocare licebit, cuius passim meminit Apostolus, vt Rom.6.22. & 8.2. Hæc verò dicitur ἀπολύτρωσις τῆς περιποιήσεως, i. ad verbum, Liberatio vindicationis, siue assertionis.

LIBERTAS pro liberatione à Legis ceremoniis, 1. Corint. 9.v.1.19. pro primo gradu ad viuificationem, 2. Cor.3.17. id est, pro conditione illa Filiorum Dei, quibus exemtum est velamen cordis, seruitutis nimirum illa misera cæcitatis, & iugum illud tenebrarum, quod vnius hominis peccato nobis impositum, Lex non modò grauabat, sed etiam altero iugo adgrauabat. Denique hoc ipsum est, quod Propheta ait, Cor lapideum tollere, & carneum dare, cor illuminare, cor conuertere, lucem videre, & similia omnia, quibus illa gratiæ Dei per Christum vis significatur, illa inquam nos reddens liberos, & ad tantam aspiciendam lucem Euangelii idoneos.

Libertas vera per Christum, Ioan.8.v.32 36 Gal.4.31 & 5.13. Rom.6.18 & 8.2.20.1. Petr.1.18 & 2.16.2. Petr.2.19. ex cognitione veritatis, Ioan.8.32. & conscientia bona, 1. Timoth.3.13 per fidem, Gal.3.25. Libertas Christiana charitati subiecta est, 1. Cor.8.v.1 9. inter ædificationis & charitatis

titatis terminos consistere debet, Roman. 14. v.19.20.21. 1.Corinth. 6. 12. in rebus mediis ad infirmorum fratrum coscientiam attemperanda est,1.Cor.11 29. Libertas spiritualis, 7.22. cum seruitute carnali non pugnat, Ephes. 6.5.1.Petr.2.16. Libertare Christiana non abutendum, Rom. n.14.v 15 16.1.Corinth.6.12 & 10 23.& 8.v.8.9. Galat.5 13.1.Pet.2.16.abusus eius coercetur,1.Corin.8.8. quomodo ea vsus sit Paulus,9.v.15. 18.21. nempe vt non offenderet quenquam, ibid.& 2.Cor.11.12. Libertas praua & improbanda,Iob.11.12.Ierem.34.15. Ose.7.16.2. Pet.2. 18.19.Libertatis lex quæ dicatur,Iac.1 25.Vide Lex libertatis.

LIBERTAS Loquendi,(παῤῥησία,subseruit veritati.) Est animi nostri,atque conscientiæ integritas, quæ neque nobis ipsis , neque aliis quicquam eorum , quæ significanda sunt , simulare aut dissimulare propter Dei præceptum vult,neque etiam potest,Act.4.13.2.Cor.3.12.Eph.6 19.

LIBERVM esse iustitiæ, est non subesse imperio iustitiæ, Roman.6.20. nec iustitiam vllum ius in quempiam habere.

LIBERVM ARBITRIVM hominis, est voluntas eius eligens aut repudians, id,quod intellectus eligendum aut repudiandum esse dictat.

Arbitrium ante lapsum erat liberum omnibus modis, scilicet, à seruitute cùm peccati, tum miseriæ peccatum comitantis:à coactione: quia ad bonum vel ad malum inclinare,aut alterutrum eligere, & stare aut labi suis viribus,poterat Adamus.

Post lapsum,Arbittium in non renatis , Est tum liberum,scilicet ab omni coactione,sed tantùm ad malum in omnibus rebus tam spiritualibus quàm ciuilibus &externis. Nihil enim nisi peccare possunt:Rom.7.18. Libertas enim ad bonum per peccatum amissa est: Et quicquid ex fide non est,peccatum est:Rom.14.23. Tum seruum & captiuum in bonis & sanctis rebus,atque in primis ad salutem & vitam æt.spectantibus.Vide Gen.6.5. Psal. 14.1.2 3. 4.Matth.7.18.Rom.7.18.

In Renatis liberum partim ad bonum, partim ad malum.Ad bonũ singulariSpiritus S.beneficio, qui incohat, continuat & perficit in iis conuersionem ad Deũ & bona opera.Nec Renati sunt otiosi , sed acti à Spiritu S.agunt. Deut.30.6.Rom.6.18.Phil.2.13. Ad malũ:quia regeneratio

in hac vita incohatur tantum: vnde semper manent peccati reliquiæ quæ agnitionem in mente non nihil obscurant, & voluntatem inclinant, vt non illico faciamus quæ volumus: Rom.7.18.19.

Post hanc vitam Arbitrium, Beatorum liberum erit tantùm ad bonum: ita vt nihil nisi bonum velle possint. Cùm enim Deus erit omnia in omnibus, 1. Cor.15.28. Regeneratio perfecta erit. Matth.22.30.1.Ioh.3.2.

Damnatorum seruum ad malum erit tantum: quia semper in regno satanæ manebunt. Matth.25.46.

LIBERVM arbitrium Adamo initio collatum: quia ad Dei imaginem (quæ diuinæ sapientiæ, iustitiæ, integritatis, veritatis & innocentiæ participatio est) creatus fuit, Gen. 1.27.& 5.1.& 9 6. Eph.4.24. Col.3.9. illud sibi & posteritati perdidit, Eccl.7.29. Ioan.8 34. Rom. 5.12. hinc liberi arbitrij expertes omnes homines asseruntur, Genes. 6.v.3. 5. & 8.21. Deut.12 8.& 29.4.& 30 6.1. Reg. 8.58. Ps.51.12.& 62.10 & 94.11.& 119.v.18.34.36. Prou.16 9. Esaiæ 26.19.& 55.1.& 60.2. Ier.13.23.& 17.9.& 24.7.& 30.21.& 31,v.18.33.& 32.29.30. Heb.8.10. Ezechiel.11.19.& 36.26. Ose.13.9. Matt. 16.17. Ioan.1.v.5 13.& 3.v.6.27.& 6.44.& 8.34.& 15.4.v.5. Roman. 6.v. 18.20.& 7.v.15.19.& 8.v.6.7.& 9.16.& 12.2.& 14.4 1. Cor.1.31.& 2.14.& 4.7.& 12.v.3.6.& 15.10.2. Cor. 3.5.& 6.17. Eph.1.18.& 2.v.3.5 18.10.& 4.v. 17.18.22.& 6.13. Galat.5.22. Philip.1.6.& 2.13. Coloss.1.21 1. Thessal. 5.23.2. Tim.2.1. Tit.3.5. Heb 12 15.& 13.21. Iac.1.v.17.18.1. Petr.2.9. 10.2. Pet.1.3.& 2.19. (Vide MERITA euertuntur.) ¶ Sed contrà Pontificij mansisse liberum arbitrium etiam post lapsum contendunt ex Gen.4.7. Deut.30.19. Ios.24.15. Ps. 27.9 Sap.9.10. Matth.24.37 1. Cor.3.9.& 7.37.&c. ¶ Illud cooperari gratiæ Dei, 1. Sam.7.3.1. Par. 12.14. Psal.10.17.& 73.13. Prou.16.v.1.5.9. Eccles.2.26. Esai.1.v.6.17. 18.& 40.3.& 46 8.& 56.v.6.7. Ierem.3 v.1.12.22.& 4.v.3.4.14.& 7.3.& 18.v.8.11.& 25 5.& 26.13.& 31.15. Ezech.18. v. 21. 22. & 27. 28.30.31.& 33.v.14.15.16.19. Zach.1.3. Malach.3.7. Matt. 3.v. 2.3.& 11.33.& 12.28. Marc.1.3. Luc.3.4. Ioan.1.v.12. 23. & 7. 37. Act.3.19.& 8.22 & 9.6.& 10.35. Rom.10.13.1. Cor. 3.9 & 15.10.2. Cor.7.1. Eph 5.14 Phil.2.v.12.13.& 4.13. Col.1,29.& 1.v.9 10.1. Tim.4.16.2. Tim.2.21. Heb.4.16.& 12.12.v. 12. 13. Iacob 4.8.1. Pet.1.22.1. Ioan.3 3. Apoc.3.20.

LIBERALITAS, Est ea animi virtus, per quam pecunias nostras damus quibus oportet, & quo modo oportet

non

non ſpe recipiendi totidē aut alterius mercedis:ſed ſolius præcepti & gloriæ Dei reſpectu,& affectu proximi ſubleuandi.Huic opponuntur Prodigalitas & Auaritia.

LIBERALITAS commendatur, Prouerb, 11.26. & 28.16. Tit.3 13. Liberalitatis bona, Prou.28.27. *Liberalitatis exempla*:RexSodomorum,Gen.14.21.Rebecca,24.18.Iacob,33. 10.Moſes,Exo.2.17.Iſraelitæ,36.5. Dauid, 1 Sam.30.26.2. Sam.9.7.Sobi & Naas,17.28.Berzellai,19.32.Regina Saba, 1 Reg.10.10. quidam Princeps ex Tribu Ephraim, 2 Paral.28.15.Cyrus,1 Eſdr.1.7.& 6.v.3 4 5. Principes Patrum, 2.68. Artaxerxes, 7. v.11. 12. Nehemias & diuites Iudæi, Neh.5.10.&7.70.Aſſuerus,Eſt.2.18.& 6.10.& 7.2.Filij Iob Iob 1.4.Iob 29.v.15.16.& 31.v.17.18. Magiſter militiæ Regis Babylonis,Ier.40.v.4.5.Magi,Mat.2.11.Matthæus Mat. 9.10.Luc.5.29.Dominus ſerui,Matth.18 27.Chriſtus,19.v. 28.29.&.24.46.Ioan.2.v.9.10.11.Pater prodigi, Luc.15.22. Zachæus, 19. v.6.8. Vidua paupercula,21.v.3.4.Barſabas, Act.4.v.36.37.AntiochenaEccleſia,11.29.Lydia,16.15.Barbari,28.2.Publius,v.7.Paulus 2 Cor.12.15.Philem.v.19. V. BENIGNITAS.

LIBERATIONIS *miraculoſa exempla*:In Noe cum ſuis, Geneſ.7.7. Loth cum filiabus,19.29. Ioſepho,41.verſicu. 9.10 &c. Acto.7.v.9.10. Iſraelitis, Exodi 14. v.27.28.& 18. v.7.8.9.Iudic.2.16.& 3.9.& 6.34.&c.10.v.1.3.& 11.23.1.Eſd. 8.31.Eſth.9.16.19.Gedeone & populo Dei,Iud.7.7.&c.Dauide,1.Sam.17.37.2.Sam.22.v.1.2.Pſ.18.3.& 57. 4. & 91.3.& 116.v.5.6.in Samaria & Iſraelitis, 2.Reg.7. v.1.2. Ezechia populo Iudaico 19.35. Eſdra & Iſraelitis, 1 Eſdr.8 31.& 9. 13.Sidrach,Miſach,Abdenagone, Dan. 3.v.23.24.Daniele, Dan.6.v.20.21.Petro,Act.12.v.6.7. Paulo & cū ipſo nauigantibus,ac naufragium facientibus, 27.v.22.23.24.

LIBERTINI Latinè dicūtur,qui ex ſeruitute liberi facti ſunt. Libertinorum ſynagoga conſtabat ex Iudæis habitantibus in Libya vicina Cyrenaicæ: Act.6.9.

LIBIDO damnatur,Coloſſ.3.5.Libido tenebrarum, Rom.13. v.12.13.ob libidinem diluuium,Geneſ.6.2.&c. Vide Concupiſcentia.

LIBYA,duæ ſunt Libyæ,vna Cyrenaica:Act.2.10. Partes Libyę quæ eſt ſecundùm Cyrenen.Poſt hanc Libya Aethiopum vſque ad meridianum pertingens Oceanum.

LICENT omnia, ſed non expediunt, 1 Corinth.6.ver.12.& 10.23.

LIGARE & soluere Ministris Verbi Dei, cœlesti autoritate datum, Matt.16.19. & 18.18.Ioan.20.23.

LIGNVM vitę, Genes.2.9.& 3.22.Prou.3.18. & 11.30. & 13.12.& 15.4. Apocal.2.7.& 22.versi.2.14. Ligno immisso aquæ dulcescunt, Exodi 15.25. Lignorum cæsores inter Israelitas, Deut.29.11.Iosu.9.23. Lignorum parabola, Iudic.9.8.&c. Ligna colligere die sabbathi vetitum, Numer.15.versic. 32.35. Lignum pro arbore, Hebraismus, Apocalip.2.7.& 22.2. Lignum vitæ, 2.7. vocat Ioannes diuinam illam vim quæ nos in beata illa & perpetua immortalitate fouebit, vt & Paradisum, locum illum beatitati nostræ destinatum: quarum rerum typus fuerat arbor illa vitæ in horto illo amœnissimo plantata, à qua in Adamo animali vita prędito excidimus, qua etiam anagoges specie Paulus duos constituit Adamos inter se oppositos, 1 Cor.15.45.&c.

LILIA Dei prouidentia crescunt, Matt.6.28.Luc.12.27.

¶ LIMBVM extruunt Pontificij ex 2. Mac. 12. v. 43.44.45.46. Matt.5.26, 1.Petr.2,19.& 4.6.Eph.4 9.

LIMITES non transferendi, Prou.22.28. & 23.10. Deut.19.14. & 27.17.

LINGVA pro idiomate, Gen. 11.7. pro idiomate peregrino, 1 Cor. 14. v.2.14. pro dono linguarum per se considerato, v.19. Lingua vna erat initio, Gen. 11. v.1.6. Lingua bona laudatur, Prou.15.4.& 18.21. Lingua à Deo gubernatur, 16. 1. Lingua moderanda & cohibenda, Leuit.19.16. Iob. 21, Psalm.34.13.14.& 52.4.& 141.3. Prou. 4.24. & 10. v.1. 19.& 11.9.& 12, v.13.14.19.& 13.v.2.3.& 15.2.& 16.v.27.2. & 17.20.27.& 18.21.& 21.23.& 25.28.& 26.20.& 30.11. Eccl. 5.2. Matth.12.36. Luc. 6. 45.1 Corinth.15.33. 1 Petr.2.1.& 3. 10. Iac.1. v.19.20. & 3. v.5.8.& 4.11. (Vide DETRACTIO.) Lingua non nisi cum difficultate frænatur, Iac. 3. Lingua Angelorum pro singulari & eximia, 1 Corinth. 13.1. (Vide ANGELORVM linguæ.) Lingua mala quàm noxia, Prou.18.21. Iacob.1.26.& 3.v.5. &c. Linguarum diuisio ex superbia orta, Gen.11.8. Linguarum donum credentibus collatum, Act.10. 46.1 Cor.12.v.7.10.28. Vide loquacitas.

LIS, ἔρις, Est, vel in iudicio vel extra iudicium, duorum vel plurium inter se de re eadem animosa, & vindictæ nec iuris quærendi gratiâ facta, disceptatio & quæstio.

LITES & contentiones fugiendæ, Prouer.20.3. Matth.5.40. Rom.13.13.1 Corinth.6.1.&c. Tit.3.1.&c.2 Timot.2.23. Lites Pastoribus vitandæ,1 Timot.3.3.2 Timoth.2.24.(Vide CONTENTIONES.)

LITERA, pro externa ceremonia, & à spirituali suo fine separata, Roman. 2. versi. 27.29. Vetustas literæ, pro lege, 7.6. pro verbi Dei prædicatione ad animum vsque non penetrante, 2 Corinth.3.6. literam vocare solet Paulus non rarò Legem ipsam nudam, & à Christo separatam, hoc est tanquam mortuum quoddam scriptum in sese, quod ad salutem nihil prosit carnis nostræ vitio, quia videlicet morbum duntaxat indicare potest in visceribus nostris labentem, sanare verò non item. Quin etiam quia Lex illa extra Christi Spiritum considerata, peccatum in nobis irritat, vt fiat supra modum peccans & morti nos dedat, Roman.7.13. idcircò dicit Paulus, litteram occidere, 2 Corinth.3.6. & Mosis ministerium vocat ministerium mortis & condemnationis, ibid. versic.7.& Legem quoque peccati virtutem, 1 Corinth. 15.56. quæ quidem de vniuersa Lege Mosis accipienda sunt, quatenus extra Christum consideratur. Huic autem litteræ idem Paulus opponit Spiritum, id est, Sancti Spiritus efficaciam, 2 Corinth.3.6. quæ tum Christi iustitiam, tum etiam Legem ipsam in cordibus nostris insculpsit: qua ratione dicitur Spiritus viuificare quos Lex occidit: Et Euangelium ministerium, ministerio Mosis ex illa hypothesi oppositum, dicitur non esse literæ, sed Spiritus, 2 Cor.3.v.6.&c. Interdum autem hæc Literæ & Spiritus antithesis peculiariter spectatur in ceremoniis, vt Rom. 2.v.27.29.& sæpe alibi. Tunc igitur γράμμα, hoc est, litteram vocat Paulus externum signum, ab ipsius signi fine, siue à virtute seiunctum, quam vocat Spiritum: quoniam externa ceremonia est res per se mortua, & inutilis, nisi coniungatur veritas, quasi illius vita. Itaque Circumcisio per literam (vt & hoc addatur) seu carnis (de qua agitur Rom.2.v.27.29.) est pelliculæ abscissio. Circumcisio autem per Spiritum, siue cordis, est spiritualis finis illius ceremoniæ: vera nempe pietas, iustitia, cæteræque virtutes, quibus verè demum populus Dei à profanis gentibus discernitur.

LITERAE pro epistola: Literę Dauidis ad Ioab per Vriam de ipso interficiendo perlatæ, 2 Sam.11.14. Eliæ ad Ioram 2

Par.21.12. Ezechiæ ad Iſraelem & Iudam 30.v.1. Hoſtium Iudæorum ad Artaxerxem, 1 Eſdr.4.7. ad Nehemiam, Nehem.6.5.Thathanai ad Darium,1 Eſdr.5 6.Darij ad eũdem,6 6 Artaxerxis ad Aſaph,Neh.2.8. Optimatum Iudæorum ad Tobijam, 6.17. Aſſueri ad prouincias Regni ſui,Eſth.1,22.& 3,12 & 8.10. Mardochæi ad Iudæos, 9.20. Eſther &Mardochæi ad eoſdem,v.29.Nabuchodonoſoris ad prouincias ſuas,Dan.4.v.1.&c.Darij ad prouncias ſuas 6.25,Apoſtolorum ad Eccleſiam Gentium,Act.15.23.Fratrum ad Achaienſes,18.27.Lyſiæ ad Felicem, 23.26.

LOBNA ciuitas in tribu Iuda,occupatur, Ioſ.10.29. filiis Aaron datur,21 13.contra Dauidem rebellat, 2. Reg.8.22.oppugnatur ab Aſſyriis,19.8.

LOCVS,in genere eſt ſuus cuiuſque rei eſſentiæ & hypoſtaſis terminus & finitio.

[LOCVS,de regione,ciuitate,domo,tabernaculo,&c. dicitur variis locis.Locus Dei,cœlum.1 Re.8.v.30 39.1.Par.16.27 Eſa.26.21.Mich.1.3.Locus,beatorũ ſedes in cælo, Ioan.14 v.2.3 Locus, Modus & ratio patefaciendæ Dei gratiæ ſub nouo fœdere,Heb.8.7.Locus,Ordo, Num,2.v.16.17. Locus pars in corporis humani membro, Leuit.1.15.& 13.v. 19.20.23 25.30.34.Iudic.5.26.2.Reg.5.11.Ioan.20.25.Locus Scripturæ S. textus & ver.certus, Luc.4.17. Hebr.2,6.8 4.4.& 5.6. Locus, Sors, Actor.1.25.Locus tempus,temporis momentum,opportunitas,ſpatium,Iob.24. 23. Act.25 16.Hebr.12.17.]

LOCVSTAE in Ægypto propter Pharaonis duritiem,Exod 10.4. Locuſtæ propter peccata populi, 1 Reg.8.37.Deuter 28 38.2.para.7.13. Locuſtæ induſtria, Prou.30.27. Locuſtæ viſio,Amos 7.1 Locuſtæ è fumo aſcendentes, Apoc.9.v.3 7.Locuſtis veſcebatur Ioh.B.M 3.4. Incolæ terræ locuſtis ſimiles:Iſa.40.22.Num.13 34. Locuſtis veſci licuit: Leu.11 12.V.etiam apud Plin.l.19.c.29.Nat.hiſtor.

Λόγος,pro ſermone Euangelij, Marc.2.2. pro Euangelij prædicatione,2.Cor. 1,18.κατ' ἐξοχὴν pro doctrina Euangelica,Gal.6.6.Philip.1.14. pro ratione,Matt.5.32.pro ſyngraphe,Luc.1.1.pro eo ipſo,de quo quis dicturus eſt,in plurali numero,v.4.pro re quapiam,ſeu particula indefinita Matt.21.24.& 22.46.(Vide VERBVM,)pro exiſtimatione Col.2.23.pro promiſſione,Tit.1.3 pro ſancto facundię dono,1.Cor.1.5.& 2.1,& 4.20.2.Cor.11.6.pro ſecunda in Deitate perſona,Ioan.1.1.&c,

γίζεσθαι, pro συλλογίζεσθαι, quod eſt, ſubductis rationibus certi quippiam ſtatuere, Rom.3.27.& 6.11.& 8.18.

ois, auia Timothæi, matrona fidelis, 2.Tim.1.5.

ONGAEVITAS. *Longæuitatis exempla*: Adam vixit annos 930. Gene.5, v.5. Seth annos 912. ibid. v.8. Enos 905. v.11. Cainan 910. v.14. Mahalaleel 895. v. 17. Iared 962. v. 20. Henoch 365. v.23. Mathuſalem 969. v 27. Lamech 777, v.31. Noe 950. Geneſ.9. v. 29. Sem. 600 Geneſ.11. v.10.11. Arphaxad 438. v.12.13. Sale 433. v 14.15. Heber 464. v.16.17. Phaleg. 239. v.18.19. Rehu 239 20.21. Sarug 230. v.22.23. Nachor 148. v.24.25. Thare 205. v.31.32. Sara 127. Geneſ.23. 1. Abraham 175. Geneſ.25.7. Iſmael 137. v.17. Iſaac 180. Geneſ.35.28. Iacob 147. Geneſ.47.28. Ioſeph 110. Gen.50.26. Leui, 137. Exod.6.16. Caath 133. v.18. Amrâ 137. v.20. Aaron. 123. Num.33 38. Moſes 120. Deut.31.2.& 34.7. Ioſue 110. Ioſ. 24.29. Iudic.2.8 Eli 98.1.Sam.4. v.15. 18. Ioiada 130.2.Par; 24.15. Iob.1 40. Iob.42.16.

LONGANIMITAS, ſiue lenitas, μακροθυμία, Eſt cùm duriſſima quæque & toleratu difficillima, nobis iniuſte illata, non tantùm patienter, ſed etiam cum gaudio ad extremum vſque ſpiritum, totáque vita propter Dei voluntatem perferimus. Cuius effecta ſunt perſeuerantia in bono, & conſtantia ad finem vſque.

LONGANIMITAS commendatur, Gal.5.22. Col.1 11. *Longanimitatis exempla*: Abraham diu expectauit prolem ex Sara, tandem centennarius ſuſcepit, Gen.21.5. Deus, Exo.34.6. fideles 1.Per.3.15. Iob, Iob 13.15. Abacuc. Abac.2, 3. Paulus, 2.Cor 6 v.4.5.6. Simeon, Luc.2.25.

[LONGITVDO Geometrica, Gen.6.15. & 13.17. Exo.c.25.10. & 26.2.27.1. Ezec.à c, 40. ad finem Zach.2.2.& 5.2. Longitudo myſtica, Eph.3.18. Longitudo, ſpatium dierum, Deut. 30.20. Pſ.91.16. Prou.3.v.2.16.]

LOQVACITAS, Eſt linguæ garrulitas ambulatoria de nugis non congruenti tempore philoſophans. Ratio verò ipſa, ſiuè natura docet frenandam eſſe linguam, quia binas aures dedit, vnam tantùm linguam, eámque duplici vallo, nimirum dentium & labiorum coercitam ne temerè exiret. Itaque vectes & frenũ eſt illi iniiciendum, Eccle.28.28.

LOQVACITAS damnatur, Prou.29.20, Coloſ.4.6. (Vide MVLTILOQVIVM vitioſum.) *Loquacitatis exempla*: Eua, Geneſ.3. 2. Dalila Samſonis vxor, Iudi.14 v.16.17, & 16. v.16.17. Vxor Iob, Iob 2. v.9.10.

LOQVI in tempore prudentia est, Prou.25.11. Loquendum non statim, nec temerè, 13.3.& 17.v.27.28.Iac.1.19.Loquenda sunt vera, honesta, & quæ auditoribus prodesse queãt, Exo.22.28.Psalm.14.1.&c.Prou.13.2.& 24.26. Eccles.5.2.& 7.17.Mar.5.37.& 12.36.Eph.4.29.& 5.3. Col.3.8.1.Pet.3.10. loquendi tempus & opportunitas, Prou.15.23.& 25.11. Eccles.8.6.quomodo loquendum, Iob.6.29.Prou.15.4.& 16.v.20.22.& 29.11. Eccles.4.14.& 5.16. & 6.5. Coloss.4.6. loquendi formulæ ex comparatione, Ose.6.6. Matth.9.13. & 12.7.Luc.14.26.1.Petri 2.19. loqui coram insipientibus intempestiuum, Prou.23.9.loqui ad cor, est blandè & suauiter alloqui ac consolari, Genesis 34.3.& 50.21. Iudic.19.3.Ruth.2.13.2.Sam.19.7.Esa.40.2. Ose.2.14.hoc est, loqui quæ sint ei cordi.loqui in corde, est cogitare, Psalm.4.5.& 14.1.& 35.15.& 53.2.loqui, pro polliceri, Lucæ 1.v.55.70. Hebraismus.

LOQVVTIONIS Dei cum homine, & hominis cum Deo *exempla*: Cum Adam & Eua, Genes.3.v.9.10.11. Cain, 4. versi, 6.7.Noe, 6.13.& 7.1.& 8.15.& 9.1. Abrahamo, 12.1.& 13.14, & 15.1.& 17.1.& 18.13.Abimelech, 20.3.Isaac, 26.v.2.24. Iacobo 28.13.& 35.1.& 46.2.Laban, 31.24.29. Mose, Exod. 3.4.& 4.ver.11.12. Mose & Aarone, 6.13. Aarone & Maria, Numer.12.4.Iosua, Ios.1.1.& 4.1.& 7.10.Gedeone, Iudi, 6.39.& 7.2.Israelitis, 10.v.10.11.& 20.23. Samuele, 1 Sam.3.v. 10.17.& 8.7.& 15.10.& 16.1.Dauide, 23.4.2.Sam.2.1.Nathã, 7.4.Salomone, 1 Reg.3.5.& 9.v.2.3. & 11.11. Semeia, 12.22. Ahija, 14.5.Elia, 1 Reg.17.2.8.9.& 18.1.& 19.9.& 21.18. Manasse, 2 Paral.33.10.Esaia, Esa.7.3.& 38.4.Ieremia, Ierem.1.4.Ezechiele, Ezech.2.1.

[LOQVITVR Deus, Gen.18.33. & passim hæc formula occurrit.loquitur Pater, Hebr.1.& 5.5. loquitur Filius ante & post incarnationem.loquitur Spiritus S.Matt.10.20.Ioh.16.13.Act.6.10. & 28.25. loquitur S.Angelus, 2 Reg.1.3.15. Dan.8.9.10.cap.Luc.1.19.Act.8.26.& 10.7.Apoc.17.1.& 21.v.9.15.loquitur Angelus malus, Ioan.8.44. loquitur bestia mystica, Apoc.13.v.5.11.15.]

TRIBVLATIO, *vtilitatis eius exempla*: Ioseph plus creuit in exilio, in terra paupertatis, quàm in terra natiuitatis suæ creuisset, Genes. 41. 40. Psalm. 105. v. 17. &c. Act. 7. v. 9. 10. Israelitæ afflicti à serpentibus ignitis, pœnitentiam agunt, Num. 21. v. 6. 7. Dauid fugiens à facie Absalonis patiens fuit in ferendis Semei conuiciis, 2 Sam. 16. 10. sed post obtentam victoriam superbè populum recensendum curauit, 24. 1. & videns Dominum iratum, petit se puniri & populo parci, v. 17. Michæas, 1 Reg. 22. v. 26. 27. principes Israel, 2 Par. 12. v. 5. 6. 7. Manasses, 33. v. 12. 13. Israelitæ, Nehem. 9. v. 35. 36. 37. Iob multipliciter vexatus & afflictus à Sabæis, Iob. 1. 15. igne cœlitus demisso, v. 16. Chaldæis, v. 17. Satana, v. 18. & 2. 7. coniuge. v. 9. &c. tandem refrigerium malorum sentit, & liberatur, Iob 42. 12. &c. Ieremias in vtero sanctificatus, Ierem. 1. 5. tamen væ clamat sibiipsi, 15. 10. Nabuchodonosor in prosperitate constitutus, fuit superbus & arrogans, sed eiectus à consortio hominum, oculos ad cœlum leuat, & benedicit Deo, Dan. 4. 31. &c. Susanna in condemnatione mortis posita flens suscipit ad cœlum, 13. 42. Israelitæ 1. Mach. 9. v. 23. 24. 2. Mach. 6. vers. 1. 2. Apostoli, Act. 5. 40. Ecclesia, 8. 1. Paulus & Silas, Actor. 16. v. 19. 20. Paulus, 9. ver. 23. 24. 25. & 13. v. 45. 49. 50. & 14. 19. & 17. v. 5. 18. & 18. v. 4. 12. & 19. v. 23. &c. & 20.

&c.& 20.v.1.2.3.& 21.26.&c.22.22.&c.23.10.&c. 25.1. &c. 27.29 &c.2 Cor.1.8.& 6.v.4.5.& 7.v.23.24.25.& 11.v.32.33. V. AFFLICTIO.

TRIBVNI Israelitarum, tribubus à Mose præficiuntur, Exo. 18.v.24.25. Deut.1.15. Tribunus Paulum mittit ad Felicem, Act.23.27.

TRIBVNAL Christi omnes [videbunt, ad illud se sistentes,] Rom.14.10.2 Cor.5.10.

TRIBVENDVM in simplicitate, Rom.12.8.

TRIBVS Israeliticæ non permiscendæ, Num.36.9. tribus Iuda & Beniamin, solę Dauidem sequuntur, 2 Paral.11.1 peccata reliquarum decem tribuum imitantur, 2 Reg.17.19. Dimidia tribus Manasse, idololatriæ dedita, 1 Par.5.v.23.25. tribus decem in captiuitatem adductæ, 2 Reg. 17. 6. tribuum sortes, Ezech.48.v. 1. 23. tribuum decem cum reliquis duabus vnio, 37.19.

TRIBVTVM soluendum, Matt.17.24.& 22.17. Marc.12.16. Lucę 20.25. Rom.13.7. tributum in ore piscis repertum, Matth. 17.27.

[*Tributarius*, Iosu.16.10.& 17.13. Iudic.1.v.28.30 33.45.1 Reg.9.21. Esth.10.1.]

[TRICLINIVM, 1 Sam.9.21.22.2 Reg. 11.2. Esther. 2.13.]

TRINITAS personarum in Deo V. in DEO personæ tres. Trinitatis opera extrinseca ( quæ vocant ) communia sunt tribus personis: vt, Vocatio ad Munus aliquod & missio nunc tribuitur Patri, à quo Christus missus dicitur, Esa. 61.1. Luc.4.18. nunc Christo, Ioan.20.21. Ephes.4.11. Gal.1. 1. nunc Spiritui sancto, Actor.1.2.& 13.2.& 20.28. Trinitatis personarum peculiares actiones ad salutem electorum simul concurrentes, 1 Pet.1.2. Trinitas figurata & declarata, Gen.1.26.& 18.2. Exod.3.v.6.15.16.& 4.5. Psalm. 33 6. Esa.6.3.& 34.16.& 48.16.& 61.1 Matth.3. 16. & 10.20. & 17.5. & 28. 19. Luc.4.18. Ioan.3.35.& 14.v.16.26.& 15.26. 16.3.1. & Ioan.5.7.

Gen.19.2

[TRYPHAENAM salutari iubet Paulus, Rom. 16. 12.]

TRIPVDIARE, Vide SALTATIO.

TRISTARI immoderatè propter temporalia minimè laudandum, Prou.12.25.& 15 13.& 17.22. Eccl. 30.22.& 38.19.2 Cor.7.10.1 Thes.4.13. V.2 Cor.9.7.

TRISTIS. Tristis Christus ob Iudæorum cæcitatem, Marc.

3. 5. tristis iuuenis diues, Luc. 18.23. tristis oret, Iac. 5.13. tristis anima Christi vsque ad mortem, Matth. 26.38. Tristes solandi, Prou. 31.6. & 25.20. 1 Thess. 4.13. &c. & 5.14.

TRISTITIA duplex, 2 Corinth. 7.10. secundùm Deum, quæ à Dei spiritu manat, & Deo accepta est, quæ de peccatis admissis dolet, ídque non pœnæ formidine, sed hoc ipsum ægerrimè ferens, quòd Deum clementissimum patrem offenderet, cuius offensam optet sua etiam damnatione, si ita fieri posset, redemptam. At qui secundùm mundum dolet, vel terrenis amissis commodis, vel alieno bono angitur, vel alicuius pœnæ impendentis metu est solicitus. Tristitia quàm noxia. Prouerb. 17.22. & 25. 20. tristitia vitiosa, 1 Thess. 4.13. *Tristitiæ exempla*: In Isaaco & Rebecca, Genes. 26.35. Esau. 27.34. Rebecca, v. 46. 6. 7. Iacobo, 37.34. & 43.6. pistore & pincerna. 40.6.7. Iosepho. 42.24. & 43.30. Samule, 1 Sam. 15.35. Ionathæ. 20. 34. Dauide, 2 Sam. 1.11. & 6.8. Psalm. 35.13. & 38.7. & 42.6. & 43.2. & 55.3. Thamar sorore Absalonis, 2 Sam. 13.19. Achab, 1 Reg. 21.5. Esdra, Esdr. 9.3. Nehemia, Nehem 2. v. 1. 2. Iudæis. Esth. 3.15. Nehem. 8.9. Mardochæo, Esth. 4.1. Iobo, Iob 1.20. Ieremia, Ierem. 8.21. Dario, Dan. 6.14. Herode, Matth. 14.9. discipulis, 17.23. & 26.22. Ioan. 16.22. conseruis, Matt. 18.31. Diuite adolescente, 19.22. Christo, 26.37. Petro, Ioan. 21.17. Paulo, Roman. 9.2. 2 Cor. 2.3. Phil. 2.27. 2 Cor. 6.10. V. Act. 20.36. &c.

TRITICVM & zea: Exod. 9.32. Immorigeris tollitur, Deut. 38.51. V. Esa. 62.8.9. Morigeris promittitur: Deut. 11.14. Osee. 2.22. Triticum Deus in horreum coget, paleam igni exuret: Matth. 3.12. Inter triticum zizania seminata: 13.25. tempore messis separanda: v. 30.

[TRIVMPHATOR Israelis, 1 Sam. 15.29.]

TRIVMPHVS Christi in cœlum ascendentis, Psalm. 68.19. Coloss. 2.15. Eph. 4.8. triumphus Pauli gloriosus, 2 Cor. 2. 14. 2 Tim. 4.8. V. Victoria. Impiorum momentaneus, Iob 20.5.

[TROAS, ciuitas Asiæ, Act. 16.8.11. & 20.5.6. 2 Cor. 2.12. 2 Tim. 4.13.]

TROPHIMVS Ephesius, Pauli comes, Act. 20.4. & 21.29. Mileti propter morbum à Paulo relinquitur, 2 Tim. 4.20. (τρόφιμος, nutritus & nutritor.)

TRVLLAE cæmentarij visio, Amos 7.7.

TSOHAR, V. Segor.

TVBA Dei, 1 Thess. 4.16. tuba extrema in seculi consummatione, Matth. 24.31. 1 Cor. 15.52. tubæ argenteæ, Num. 10.2. Tubarum festum, V. SOLENNITAS.

[Tubas hominis in bello, in diebus, lætiæ, festi, promulgationis cuiusdam priuatæ vel publicæ Tubæ cælestes Apoc. 18.22. Turbarum vsum V. Rum. 10. v. 1. ad 11. vsque

TVBALCAIN, vide THVBALCAIN.

TVMVLTVS noxius. *Exempla:* Iudæi, Act. 7.57. milites, 12.18. Vide SEDITIO [Tumultus castrensis, 1. Sam. 4.14. & 14.19. Tumultus petulantium, Exod. 32, 17. Amos 5.23. Tumultus populi Matth. 26.5. & 27.24. Act. 20.1. & 21.38. & 24.18.]

TVNICA Aaron, Exod. 28.4. Christi, Ioan. 19.23. Psal. 22.19. [Tunicę Apostol. Act. 14.14. & 16.22. Tunicæ pauperum, Act. 9.39. Tunica legalis, & Christiana, Iud. v. 23.]

[TVRBAT Deus suos hostes, Iob. 13.11. Ps. 83.16. turbat cœlum & mare, Esai. 13, 13. Ierem 31.35. Turbatur Christus, Ioan. 11.33. & 12.27. & 13.21. Turbant & turbantur homines aliæque creaturæ, variis modis, Gen. 34.30. Ios. 7.25. Iudic. 7.21. 1 Sam. 14.29. Iob 34.20 Psal. 6.4. & 46. v. 3 4. & 90.7. & 104.29. Prou. 25.26. Matt. 2.3. Luc. 1. v. 12.29. Ioan. 5. 7. & 14. v. 1. 27. Act. 15.24. & 17.13. & 20.10]

TVRBATOR terræ, Achab, 1 Reg. 18.17. turbatores ordinis publici admonentur, 2 Thess. 3. v. 6. 11. 12. 1 Thess. 5.14.

TVRPILOQVIVM abiiciendum, Eph. 5.4. Colos. 3.8. V. Sermo.

TVRPITVDO seu nuditas non detegenda: Leu. 18. 6. &c. Quorúmnam detegatur: Isa. 47.3. Apoc. 6.15.

[TVRRIS materialis, manu hominum constructa, Gen. 11. v. 4.5. Luc 13.4. Turris mystica, Ps. 61.4. Prou. 18.10.]

TYCHICVS, fidus Christi minister, Eph. 6.21. Col. 4.7. commendatur, Ibid. Ephesum mittitur, à Paulo ab vrbe Roma. 2. Tim. 4.12. (.i. contingens.)

TYMPANIS celebrant Deum mulieres, Exo. 15.20. Iud. 11.34. Psal. 6.8.26. 1 Sam. 18.16. Vsus, Psal. 81.3. & 150.4. Abusus, Isa. 5.12. & 24.80.

TYRANNI schola, in qua Paulus disserit, Act. 19.8.9.

TYRANNVS Tyranni imago, Prou. 28.15. tyranni, Dei voluntate præsunt, Ierem. 27.8. tyranni arguuntur, Psal. 14.4. tyranni metui volunt, Esa. 10.13. aliquando subditos timent, Matt. 14.5. tyrannorum furorem fugere licet, Exod. 2.15. tyrannorum merces, Esa. 33.1. V. Iob. 15.20.

Tyrannorum nequitia & crudelitas. *Exempla*: Gigantes, Genes.6.4. Nemrod, 10.v.8 9. Nouus Pharao, Exod.1.v.8.&c.& 5.v.2.5.6.7. Adonibezech, Iud.1 7. Abimelech, 9.5. Saul, 1. Sam.22.ver.17.& 27.v.1.2. Isbibenob, 2 Sam.21.16. Roboam, 1 Reg.12.4. Iezabel, 19.2. Achab, 22.26. Manasses, 2 Reg.21 16. Nebucadnezar Dan.2.v.11.12.& 3.19. Aman, Esth.3 6. Hostes Dauidis & Ecclesiæ, Ps.2.2.& 31.14.& 69.13.& 80.14 & 1 9 23 Sedechias & principes eius, Ierem.38.v.5.6. Rex Babylonis, 39 6. Herodes Ascalonita, Matt.2.16.& 14.v.9.10. Marc.6.v.26.27. Pilatus. Matt.27.18. Herodes tetrarcha, Luc.23.8. Herodes Agrippa, Act.12.v.1.2 magistratus impius, 16.v.22.23 Festus, 24.27. & 25.v.9.12. V. Persecutor.

TYRVS, vrbs Phœniciæ: Tyri celebritas describitur, Ezec.27.3. Tyri conuersio prædicitur, Esa 23.17. Act. 21.3. &c. eius excidium, vers. 1. Ezec.26.3. Amos 1.9 ·Tyri & Sidonis tolerabilior futura est conditio, quàm Corazin & Bethsaidæ incolarum conditio, Matth. 11.22. Luc.10.14. V. Ps.45.13.

## V.



VACCA rufa & eius oblatio, Numer.1.9.2. Vaccæ lactantes arcam reducunt, 1 Sam.6.12.

[*Vaccæ*, idola, Ose.10.5. Vaccę, furores hominis, Superbi, Tyranni, Psalm.68.31. Amos 4.1.] Vaccæ pulchrę, & deformes: Ge.41.2.3 4.

VAE, væ quib.& quas ob causas interminetur scriptura, Numer. 21.29. Eccles.4.10. & 10.16 Esa.1.v.4.24.& 3.v.9.11.& 5.v.8.18. & 6.5. & 10.1. & 17.12. & 18.1. & 24 16 & 28 1. & 29.1.& 30.1.& 31.1.& 45.9. Ierem.4.31. & 13.27. & 22.13.& 23.1.& 45.3.& 48 1. Ezech.16.11.& 13.v.3.18. & 16 23. & 30 v.2.& 34.2. Ose.7.13. Ioel.1.15. Amos 5.18.& 6 1. Mich.2.1. Nahum 3.1. Abac.2.v.6.12. Sophon. 2.5.& 3.1 Matth.11.21 & 18.7.& 23 13. Lucæ 6.24.& 10.13.& 11 42.& 17.1.1 Cor 9 16. Iudæ v.11. Apoc.8.13 & 9.12.& 11.14.& 12.12.& 18.10 [Væ est dolentis, & imprecantis interiectio, circumstantia locorum explicanda.]

VADERE per viam vniuersæ carnis, V. INGREDI viam vniuersæ carnis.

VALEDICTIONIS ritus: Parétes & cognati Rebeccæ omnia bona precantur, Gen.24. v.59.60. Isaac Iacobo profecturo in Syriam benedicit, 28.v.1.2.3. Laban osculatur filios & filias, 31.v.27.28. 55. Iacob filiis bona precatur & optat, 43. 14. Ruth nurus suas osculatur & bene precatur eis, Ruth 1.v.9.10. Ephesii osculantur Paulum iam iam ab ipsis discessurum, Act.20.v.37.38.

VALLIS benedictionis cur sit dicta, 2 Paral.20.26. vallis filij Ennon à Iosia contaminata, 2 Reg.23 10. occisionis vallis nominanda prædicitur, Ier.19.6. vide TOPHET.

Validus armatus, Luc.11.21. Mat.12.29.

VANILOQVENTIA damnatur, 1 Timot.1. 6. 2 Tim.2.16. Tit. 1.10. vaniloquis quomodo os obturandum, Tit.1.10.

VANITAS, per quam temerè plus de nobis, nostrísque opibus, quàm in iis est, præsumimus & pollicemur. vide Fidelitas. Corruptio etiam vanitas est. A vanitate nobis cauendum, Psl.119.37. vanitas omnis homo, 39.v.6 & 144.4. & vanitate leuior, 62.v.10.

VANITAS omnia Eccl.1. 2. vanitatis studiosi pietatem obliuiscuntur, Ion.2.9 *Vanitatis exemplum:* Herodes, Matt.14.6. vanitates idola nuncupantur, 1 Sam.12.21.1 Reg.16 26. vanitatis damnatur, quicquid est extra, Christum, Col.2.4. vanitati subiecta creatura, Rom.8.20.

VANAE quæstiones reiiciendæ. 1 Timoth.1.4. & 6.4. Tit. 3.9.

VARIA dona cui collata, 1 Corint.12 7. Eph.4.7.

VAS, pro quauis supellectile, per Hebraismum, Ezech.12.v. 3.7. Matth. 12.29. pro quouis instrumento, Actor.9.15.1. Petr.3.7. pro vtensilibus nauticis, Actor.27.17. [vasa belli, 1. militum arma & supellex castrensis, vasa mortis, Psalm. 7.14.1. arma lethifera. vasa musica, muliebria. pastoris, peregrinationis, venationis, &c. pro supellectili musicorum, mulierum, pastorum, peregrinantium, venatorum, &c. Vasa domus Dei, Dan.1. 2. &c. Supellex omnis sacra quæ in templo Ierosolymitano fuit, præsertim autem vasa aurea & argentea, Dan.5. versic. 2 3.23. vt antea vasa tabernaculi, Num.1.50.&c. Vasa furoris Dei, 1. exercitus populorum, quibus iudicia sua formidabilia est exequutus, Esai.13.5. Ierem.50.25. vas, vnus quisque, 2 Timoth.2.21. vasa iniquitatis, Genes.49.5.] vas suum possidere cum honore quisque Christianorum iubetur, vide POSSIDERE vas, &c. vasa honoris & contumeliæ, 2 Timot.

2.20.vasa tabernaculi, Exod.27.19. vasa aurea Salomonis, 1 Reg.10.25.vasa aurea, argentea, &c. in magna domo, 2 Timoth.2.20. vasa testacea ; in quibus euangelij thesaurus habetur reconditus, 1 Corinth.4.7. Vasa iræ, ex Hebræorum idiotismo dicuntur ij, in quos iram decreuit Deus exercere, Roman. 9.22. Vasa misericordiæ contrà, in quos misericordiam suam exercere decreuit, ibid. 23. vasi muliebri vt infirmiori honor tribuendus, 1 Petr. 3.7. vasa fictilia, corpora nostra, 2 Corinth. 4. 7. vasa, pro instrumentis, 1 Sam.21.5.

VASTHIS Assueri regis vxor, Esth.1.9. à rege vocata superbè venire recusat, v. 10.11.12. Mamuchani consilio, propter superbum facinus regno & maritali thoro mouetur. v.16. 19.20 2. eius occasione, rex edicto publico, vt mariti summum in familia imperium teneant, cauet. v.22.

Vber, vbertas, V. Huber, Hubertas.

VELAMEN faciei Mosis impositum, Exod. 34.v.34. velamen cordi Iudæorum impositum, 2 Cor.3.vers.13.14. per Christum tollitur, ver.14. 16. velamen subiectionis symbolum 1 Corinth. 11. 10. vnde & ipsum velamen capiti mulieris impositum, dicitur potestas, non per se, sed quòd sit symbolum potestatis viri in eam, per metonymiam, res signata pro signo.

Sic Abraham dicitur velamen oculorum Saræ, hoc est, maritus, Gen.20 16. esse enim velamen oculorum, est periphrasis mariti, sumpta à iure, quod in vxorem habet ; & ab officio illam protegendi. Nam in subiectionis signum velatur vxor, Gen.24.65. 1 Cor.11.7. simile est, expandere alam vestimenti, Ruth.3.9. Esa.4.1.

VELLE aliquem, est gratum ei esse, Matt.27.43. velle tribuitur etiam inanimatis rebus, Ioan.3.8. & significat liberum ac vagum impetum. Velle interdum plus est quàm velle simpliciter, & significat idem quod cupere, Matt.14.5. accipitur & pro amare, 12.38. vt explicatur. 23.4. hoc est, pro, summo studio expetere, & ambire. Et velle & perficere Deus operatur, Phil 2.13.

VELLVS Gedeónis, Iudic.6 37. V. Iob.31.20.

VELVM tabernaculi quale, Exod.26.31. velum templi scinditur, Matth.27.51. velum dicitur caro assumta, Hebr.10. 20. vbi instituitur allegoria veli illius quod operiebat sacrarij arcana, per quod tamen aditus in sacrarium patebat: sic, inquit Apostolus, Christi caro diuinitatem nobis

quasi

quasi sub velo ostendit, cuius alioqui fulgorem non possemus sustinere. Per hanc igitur viam accedamus ad Deum. Sed & velo videntur significari peccata, quæ nos à cælo arcebant, & à Christo fuerunt expiata, quo respectu fuit illud velum, Christo mortuo, à summo ad imum vsque penitus laceratum. Matt. 27. 51.

VENATOR Esau, Gen. 25. 27. venator robustus Nemrod, 10. 9. [Venator Hominum, Psal. 91. 3. & 124. 7. Ier. 16. Mich. 7. 2.] V. 1 Pet. 5 8. Iob. 1 7. Venatio, Leuit. 17. 13.

VENDERE & dare pauperibus, Mat. 19. 21. Luc. 12. 33. & 18. 22. Act. 2. 45. venduntur hostibus inobedientes, Deu. 32. 30. Iudic. 2. 14. Vendentes eiiciuntur, Matt. 21. 12.

VENDI non debent dona Dei, 2 Reg. 5. v. 22 26. &c. Dan. 5 17. Matt. 10. 8. Act. 8. 20 & 20 35. 1 Cor. 9. 14. 15. 2 Cor. 11. 9. & 12. 13. Vide EMERE, & Simonia.

VENDITOR hominis occidendus, Deut. 24 7. V. Plagium de venditionibus, Leu. 25. 14. &c. De vēditione sui ipsius v. 39.

VENEFICIVM, φαρμακεία, Est venenorum noxiorum in necē & perniciem alterius confectio: vel eorundem applicatio maleuola, & non ignara mali, quod illis inest. (Vide Incantatio.)

VENEFICIA damnantur, Gal. 5 20. veneficij pœna, Apocal. 9. 21. & 22. 15. veneficiis Babyl. omnes gentes seductæ. 18. 23.

VENIO, verbum, ad Deum essentialiter & personaliter consideratum, refertur: item ad Angelos, deinde ad homines, res, dies, horas, tempora, euenta, & accidentia varia.

1. Venire Deus dicitur, in iudicium & misericordiam, variis modis, Genes. 11. 7. & 18. 10. & 20. 3. Exod. 19. 9. & 20. versic. 20. 24. Num. 22. versi. 9. 20. Deut. 33. 2 Psalm. 50. 2. 3. & 80. 3, & 101. 2 Esai. 3. 14. & 66. 15. Dan. 7. 22. Abac. 3. 3. Zach. 2. 10. & 14 5. Malac. 4 6. Rom. 9 9. Iud. v. 14. 15. Apo. 16. 15.

2. Venire de Deo Patre, dictum, Marc. 9. 7. Ioan. 12. v. 28 30. & 14. 23. Apo. 1 4.

3. De Christo Dei F. dictum, Iudic. 6. 11. Psalm. 40. 8. & 96. 13. & 118. 26. Cantic. 4. 16. & 7. 11. Esai. 35. 4. & 59. 20. Dan. 7. 13. & 10 13. Agg. 2. 7. Zac. 9 9. Malach. 3. 1. De eodem in carne manifestato, & inter homines in terra versante, frequens mentio apud Euangelistas. De secundo domini aduentu, occurrunt testimonia multa, ex quibus pauca

sequuntur,Ioan.21 23.Act.1.11.1 Cor.11.26.Apo.1.7.& 2.
5.16.25.& 3.v 3.11 & 22.v.7.12.17.20.

4. Venit Spiritus S.Matth.3.16. Ioann.15.26.& 16.v.7.
13. Act 19.6.

5. Venit Angelus S.Gen.19.1. Num.22.32. 2 Reg.19 3
Iob.1 6.Dan.9. 3 & 10.v.14.20. Apocal.8.3. & 17.1.& 21.

6. Venit Satan,Iob.1 7.& 2.2. Matt.12.44. & 13.v.19.
Marc.4.15.Luc.8.12.& 11.25. Ioan. 14 30.

7. Venio de hominibus dictum, in imperandi mod
age,agite,nonnunquam significat. Aliquando idem est
si diceres,Eo,Redeo.De rebus autem, temporis momen
to vt die, hora,&c. item de variis euentis dicitur.Quo
quum passim occurrat, lectori considerandum relinqu
mus.]

VENIRE ad Christum,donum Dei est, Ioann.6.v 37.44 6
venire in nomine Domini, Hebraico idiotismo, dicitu
qui peculiaris est Dei veluti legatus,Matth.21.9.

VENTER extra castra leuandus, Deut.23.12. venter pro De
eligitur,Rom.16.18. Phil.3.19. ventris fructus multiplica
tur obedientibus Deo,Deut.28.4.Ventris abolitio.1 Co
6.13.

[Venter mysticus,Cant.5 v.14.& 7.2.Ioan.7.38.]

VENTVS, est exhalationis in sublime eductæ motus vel di
persio,quæ in hac expāsione proximiore & viciniore no
bis.i.aere,à Deo fit. Iob.38.24. Ego sum Deus creans ven
tum,Amos 4.13.Iob.28 25. Ps.148.8.

VENTVS:venti in manu Dei, Genes.8.1.Exod.10.13.& 14.2
Num.11.31.Psal.104.3.& 135.Ierem. 10.13. Amos.4.13.Ion.
4.& 4 8.venti Christo obediunt,Matt.8.26.Mar.4.39.Luc
8.24.

[VENTVS,ira Dei,Esa.41.16.& 57.13.Ezec.13.11.& 27.26.Ose
13.15.Plaga orbis terrarum,1 Par.9.24.Ier.49.v.32.36.Eze
5.v.10.12.& 12.14.& 17.21.& 42 v.16.ad 20. Mat.24 31.Re
nullius momenti, Spes vana, Mendacium, Esai. 41.29
Ierem. 22. 22. Ose. 8.7. & 12. 1. Ventus,Euangelij do
ctrina.vide Ioann.3 8.venti,Euangelici doctores,Apocal
7.1.]

VENTILABRVM,Mat.3.12. ventilabrum Dei,Ier.15.7.

VENVNDATVS Achab,vt faceret malum.1 Reg.21.20.

VERAX Deus,Exo.34.6.Ioan.3.33.

VERBERIBVS cæduntur impij, Deut.25.2.3. Interdum pij:v
Paulus,2 Cor.11.24.25.Christus,Mat.27.26. Apostoli Act
5:40.41.

ERBVM pro re quapiam, vel negotio, aut etiam pro particula indefinita, Genes.24.50 Esa.2,1.Matth.21.24.Luc.1.37 & 2.15. pro nutu seu voluntate, Hebr.1.3. κατ' ἐξοχὼ, pro promissione gratuita, fide in Christum recepta, Eph.5 26. pro lege diuina, præceptis, decretis Dei, & propheriis ac promissionibus Dei, Psalm.119.v 49.89. Matth.24.35.pro mandato, Luc.5 5.sicut & dicere pro iubere, Matt.8.8.verbum fidei pro ipso Euangelio, Rom. 10. 8. verbum ociosum quàm noxium, Matth.12.36.verbum Dei manet in æternum, Numer.23.19 Psalm.33 11.& 127 2 & 119. 89. Esai. 40 8.& 51.6.& 54.10.Matt.5.18.& 24.35.Marc.13.31.Luc.16. 17.& 21.32.1 Pet 1.25.

[Verbum, λόγος, Dei filius, sermo, sapientia patris, seu patris interpres: ille itē de quo locutus est Deus, & quem Ecclesiæ suæ seruatorem promisit atquē exhibuit, Ioan.1. v.1.14.1 Ioan.1 1.& 5. 7.Apo.19.13.

ERBVM Dei, est instrumentum sacrum de veritate Dei ad salutem necessaria, instinctu Spiritus Sancti A, per viros sanctos B, ac in primis per Prophetas C, & Apostolos D, fideliter & perfectè in libris Canonicis v. & N. T. perscriptum, ad erudiendam Dei Ecclesiam E, de recto cultu Dei, deq; vera hominis felicitate. A.2 Tim.3 16.2 Pet.3.21. B.ib. C.Rom.1.2.2. Pet.1 19. D. 2 Pet.3 15. E. Rom. 15.4. 1 Tim.4.13.16.2 Tim.3 15.Ioh.5.39.& 30.31. (V.Scriptura.)

Verbum Dei non audiendum solùm & loquendum, sed & corde credendum, & factis præstandum, vide DEI verbum. *Verbi Dei auditionis exempla*: vide AVDITIONIS. verbi Dei, &c. verbi Dei vis & efficacia. ¶ Verbum Dei vniuersum non esse literis proditum, vnde probetur: vide, DEI verbum. verbum caro factū est, hoc est homo Ioan. 1.14.per synecdochen, sicut & Esai. 40. 5. Ioël. 2. 28. vide CARO.

ERBA non leuiter effutienda, sed ponderanda sunt, Psal.12. 5.Prou.15.v.2 23.& 13.3.& 20 15 & 17.27.& 21.23.& 25.11 Eccles.5.2.& 10.11.&c.Mat.13.36.Col.4 6.Iac.1 19.

ERECVNDIA sancta est virtus quæ turpitudinem omnem temperantiæ contrariam fugit. Est igitur testimonium sanæ mentis & sinceri iudicij de rebus obscœnis, adhuc in nobis permanentis. Hæc maximè est in adolescentibus, minùs in senibus, propter ætatis & sanguinis penuriam. V.Psal 44.16.1 Cor 6.5.

ERECVNDIA, in mulieribus exigitur, 1 Timoth.2.9. *Vere-*

*cundiæ exempla*: Sem & Iapher, Gen.9.23. Sara, 18.15. Mulie sanguinis fluxu laborans, Matth.9.20. Marc.5.33. Elizabeth Luc.1.24. vide PVDOR.

VERITAS I. pro vera perceptione rerum ad salutem neces sariarũ, Ioan.17.17. II. veritas, Ioan.4.23. non opponitu mendacio, vt a iâs sæpe, sed externis Legis ceremoniis quæ duntaxat adumbrabant id, quod reipsa pręstat Christus. veritas, pro fraudis experte. Ioann.3.21. III. pro bene & voluntati diuinæ congruenter viuendi regula, Roman 2.8.1. Petr.1.22. IV. veritas Euangelij, Galat.2 ver.5.14. pro vera ac sincera Euangelij doctrina. V. veritas in genere pro iustitia, Hebræorum more, 1 Cor.13.6. VI. pro integritate animi, quæ omni dissimulationi aduersatur, Philip.1.18.3. Ioan.v.3 VII. non pro prædicatione verbi Dei sed pro naturali notitia cum voluntate diuina conueniẽte, Roman.2.8. IIX. κατ' ἐξοχὴν, pro vera religione, Ioan 17.17. Galat.3.1 Coloss.1.5. Tit.1.1. IX. pro Christo, vel doctrina eius, hoc est Euangelio, 2 Ioann.vers.1. veritas Dei Pro constantia ipsius, Roman.3.7. veritas commendatur Zach.8.v.16.19. Matt.5.37, Ephes.4.25. & 6.14. Iacob.5.12 veritas libertatem adfert, Ioan.8.32. veritas per Christum 1.17. & in Christo, Eph.4.21. veritas consensus fundamentum. v.15.

Veritas odium parit. *exempla*: Fratres Iosephi, Genes 37.v.4.8. Balaam, Numer.24 vers.10.11. Abimelech, Iudic 9.21. Saul, 1 Sam.20.33. Baasa, 1 Reg.16.7. Achab.22.27.2 Paralip.16.20. Ioas, 24.21. Ozias, 26.19. Sedecias, Ierem.32 3. Ioacim, 36.23. Principes Iuda, 38.4. Herodes, Matth.14 4. Lucæ.3.19. Principes Sacerdotum & Pharisæi, Matth 21.45 Pharisæi & Legisperiti, Luc.11. vers.33.34. Principes Sacerdotum & Scribæ, 20.19. mundus, Ioann.7.7. & 17.14 Pharisæi, 9.28. Iudæi, 15.24. Luc.4.28. Actor.7.54. Principes Sacerdotum, 5.33. Hostes Pauli, 9.v.23.29. Galatæ, Galat. 4.16. Veritas tandem vincit, Prouerb. 28. 23. veritas Christus, Ioann.14 6. Euangelium, 2 Petr.1.12. veritas cinctorium renum: Ephes.6. 14. veritas Dei in promissionibus, Genes. 32. 10. veritas in Iudicibus, Exodi 18.21.

VERITATIS aduersarij quomodo tractandi, 2 Tim.2.25. veritatis agnitio, via salutis, 1 Timot.2.4. veritatis contemtus quàm noxius, 2 Thessal, 2.10. veritatis doctrina à Deo petenda, Zach.10,1. fructus, salus hominis, 2 Thessal.2.10. vis quan-

Israelitæ. 3. 31. Thamar, 13. 19. Dauid & serui eius. v.31. Chusai,15.32. Achab,1. Regum. 21. 27. Rex Israël, 2. Reg. 5.7.& 6.30. Athalia, 11. 14. 2. Paralip.23.13. Eliacim cum collegis,2.Reg.18.37. Ezechias,19.1. Esa,37.1. Iosias,2.Reg. 22.11.2,Paral.34.19. Esdras,1. Esd.9.3. Mardochæus, Esth. 4.1.Iob Iob.1.20.Amici Iob,2.12. Principes Sacerdotum, Matth.26.65. Marc. 14. 63. Paulus & Barnabas,Act.14.14. & 16.22. Vestium abusus,Vide ABVSVS vestium,& ornatus.V.1.Tim.6.8.Gen.28.20.

VESTIENDI sunt nudi, vide NVDI vestiendi sunt.

VESTIMENTI fimbria, Matt. 14.36. [vestimentum,Sacrum, publicum, politicum, domesticum facile distinguitur per locorum occurrentium,circunstantias.

VESTITVS mulierum qualis esse debeat,1.Timot.2.9.1.Petr. 3.v.3 4.Isa.3.15.16.17.V.Ornatus.

VETVS homo vocatur à Paulo, Roman. 6. 6. Coloss.3 9. vniuersa hominis natura,itavt cum iniquitate conceptus est,& in hanc lucem editus. vide CARO:&,HOMO exterior,vetus homo exuendus, Eph. 4.22. cum Christo crucifixus dicitur, Roman. 6. 6. quod non sic accipiendum est, quasi corrupta hæc natura Christo aliter quàm per imputationem tribuatur. Nam iam inde ab ipso conceptionis momento carnem nostram in sese ita sanctificauit nobis,vt omnis peccati expers fuerit. Itaque nobis veterem hominem crucifixit: sicut mortuus dicitur peccato, Roman.6.10. non vt peccare desineret, sed vt peccatum destrueret. Vetus testamentum corrigitur.Heb.8.13.Veteris testamenti diuisio,Vide TESTAMENTVM vetus.

VETVSTAS literæ,Rom.7.6.vide LITERA.

VITVLARVM officium quod,Tit.2.3 &c.4.5.

VIA *primo*,pro certo vitæ instituto & ratione, Roman.11.33. *Secundo*,pro vita & moribus,Matth.21.32.Act.14.16. *Tertio* per antonomasiam,pro Christianismo, Act.19.9. *Quarto*, pro doctrina Euangelica, Actor.9 2. & 22 4. Via arcta & spaciosa,Matth.7.13,Luc.13 24.via Balaam, Vide BALAAM. Via Christus,Iohã.14.6.via per quam iusti ambulant,quę & qualis sit,Psal.119.5.Prouer.3.v.6.17.&16.v.7.17.Eccles. 5.12.Esa.26.7.& 30 21.& 35 8.& 40.3.Ier.31.25.Oseæ.14.9. 1 Thess.4.1.Hebr. 12. 13. via gentium, pro profanis & impiis gentium moribus, Matth.10.5. *Quinto*, pro aperta & simplici profectione religionis Christianæ, Actor. 24,14. Via Dei,18.26,id est via ad Deum ducens.

viam

Viam Dei docere, Matt. 22. 16. eſt docere, quid fas ſit, aut minus, ex Dei voluntate, ſiue qua via ſit hominibus incedendum, ita vt Deum non offendant. via impiorum qualis, Pſalm. 119. 3. Prou. 4. 19. & 12. 15. & 21. 2. & 22. 5. & 29 27. Eſaiæ. 57. 10. Viæ impiorum exitus & finis, Iob 6. 18. Prou. 14. 12. & 28. 18. Ierem. 2. 36. & 4 18. Via iuſtorum à Domino dirigitur, Pſalm. 17. 5. & 25 4. & 119. 35. Pro. 4. ver. 12. 18. & 13. 6. & 16 9. & 20. 24. Eſai. 48. 17. Ierem. 10. 23. Mich. 4. 2 via iuſtorum, remunerationem expectat à Deo, Pſal. 24. 12. &c. Prou. 12. 28. Ierem. 6. 16. & 7. 3. Via pacis, Hebræorum more, pro ea via, quæ ad veram pacem & felicitatem ducit, Luc. 1. 79. pro vita pacifica & innocente, Rom. 3. 17.

VIAE, pro rebus geſtis. Apoc. 15. 3.

[VIA, vt diſtinctè procedamus, I. Significat Iter, vel ſpatium illud quod metiuntur homines, & animalia, pedib⁹ vehiculis, aliis modis variis, temporis momento longo vel breuiori, terminoq; à quo incipitur, vſq; ad terminū ad quē perficitur. II. via, vitæ humanæ rationem, inſtitutum cogitationes, conſilia, & hominum actiones denotat, Geneſ. 6. 12. Num. 22 32. Deut. 28. 29. Ioſ. 1. 8. Iudic. 2. 19. 1. Sam. 9. 3. 1. Reg 15 26. 2. Reg. 8. 16. Pſal. 1. 1. Rom. 3. 16 1. Cor. 4. 17. & 12. 31. Iacob. 1. 8. & 5. 20. 2. Pet. 2. 15. Iud. v. 11 III. viæ Domini, 1. Præcepta eius, ſiue voluntas, ſigni, patefacta in Dei verbo ſeu doctrina Moſis, Prophetarum & Apoſtolorum. Hæc via autem variis epithetis à viis aliis diſtinguitur. Nam appellatur bona, lucida, immaculata, vitæ iuſtitia, pacis, ſapientiæ, &c. via rectæ, æquæ, pulchræ viæ dicuntur. Vide 1. Sam. 12. 2. 1. Reg. 8. 36. Eſdr. 8. 21. Iob. 21. 14. Pſ. 2. 12 & 16 11 & 101. v. 2. 6. & 119 v. 30. 151. Prou. 2. 20. & 3. 17. & 4. 11 & 6. 23. & 8. 20. & 16 31. Ier. 21. 8. Ezech 18. v. 25. 29. & 33. 17. Oſe. 14. 18. Roman. 3. 17. 2. Pet. 2. v. 2 15. 20 21. IV. Via. viæ Domini 1. Sapientiſſima agendi ratio, voluntas beneplaciti in Deo, qui omnia rectè diſponit & exequitur. Deut. 32. 4. 2. Sa. 22. 31. Pſ. 119 151. & 145 17. Eſai. 40. 14. & 55. v. 8 9. Rom. 11. 33. Apoc. 15. 3 V. via vitæ æternæ Chriſtus, Ioan. 14. 6. VI. Via Chriſti, Eſai. 2. v. 3. 4. & 42. 16. Malac. 3. 1 Matt. 3. 3. & 11. 10. Ioan. 1. 23. VII. Religionis veræ cōſtans profeſſio, Iudic. 2. 17. Act. 9. 2. & 19. v. 9. 23. & 22. 4. & 24. 23 VII. Modus, Eſai. 10. v. 24. 26 IX. via vniuerſæ terræ, Mors omnibus conſtituta, Ioſu. 23. 14. 1. Reg. 2. 2. X. ad

ſtatum beatum vel miſerum via, Matth. 7. v. 13. 14. Ioan. 14. v. 4. 5. Hebr. 9. 8. & 10. 20.

VICINVS bonus Prouerb, 27. 10. Vicini Iudæam infeſtantur delendi: Ier. 12. 14.

VICISSITVDO, 2 Theſſ. 1. ver. 6. 7. 1 Ioan. 3. 14. Viciſſitudinis praxis, Iudic. 1, 7, Eſth. 9, 1, Eſa. 14, 2, & 33, 1, & 34, v. 12, 13, 14 Thren. 4. v. 5. 7. 8. Soph. 2, 14. Zach. 8. 13, Luc. 10. 15. & 12. 2. & 16. 15. Act. 9. 21 & 14. v. 18, 19. Gal. 1. 23. Phil. 3. 7, Coloſſ. 1. 13. 1. Petre. 2. 25. V. Talio. & Pro. 1. 24. &c.

VICTIMA? Vide SACRIFICIVM Victimæ nomen μεταφορικῶς vſurparum, Vide SACRIFICIORVM & oblationum nomina μεταφορικῶς vſurpata. Victima omnis ſale ſalitur in Lege Moſis, Marci. 9. 49. victimæ & ieiunia, obſtinatis, non proſunt, Ierem. 14, 12, victimas iuſtitiæ immolare, Deut. 33. 16. V. Eſa. 1, 11.

VICTORIA omnis ſolius Dei eſt, & ab eo ſolo expectanda, Geneſ. 14, v. 14, 20, Exodi. 14, 14, & 17, 9, & 18, 10, & 23, 27, & 34, 11, Numer. 21, 34, Deuter. 7, 18, & 20. 4. Ioſu. 6, 2 & 8. 1. & 10. ver. 8, 42. & 11, ver. 6. 8. & 14, 12, & 23, 10, & 24, v. 8, 11, Iudic. 1, v. 2. 4, & 3, v, 10, 28, & 4, 14, & 7, v. 2, 7, 9, 14 & 11, v, 21, 33, & 12. 3, & 20. v. 28, 35, 1, Sam. 4, 10. & 7. 14. & 11. 13. & 14, v. 6, 11, & 17, v. 45, 46, 47. & 23, 7, & 30, 23, 2, Sam, 5, v. 20, 23, 24, & 7, 1, 1, Paral. 17, 8, & 19, 13, & 18, 28, & 22, ver. 1, 2, 3, 30, 35, 48, 49, & 23, v. 10, 12, 1 Regum. 8, 44. & 20, 13, 2, Regum. 3, 18, & 5. 1. & 19, 34, & 20. 6, 1, Paral. 14. 10, & 18. 6, & 22. 18. 2, Paral. 6, 24, & 13, 16, & 14, v. 11. 13, & 16. 8, & 20, 7, & 24. 24, & 25, 8, & 26, 7, & 28, v. 5. 6, 9, & 6, 17, Nehem 9. 24. Pſal. 3. 9. & 18, 48, & 44. 3, 4, &c. & 60. 14, & 89, 24, & 108. 14, & 118, 16, & 136, 16, & 144. 2, & 147, 10. Prou. 21. 31, Eſa. 45, 1, Ierem. 18. 17, & 21. 7, & 49. v. 35, 36, Thren. 2. 7. Ezechias, 7, 21, Daniel, 1. 2, Soph. 3, 15, Zachar. 10, 5, Roman. 16, 20. 1, Corinth. 15. 28, Victoria promittitur mulieris ſemini in ſerpentem, Geneſ. 3, 15. Abraham poſteris in Eccleſiæ hoſtes. 22, 17.

VICTORIAE *exempla*. Vide BELLORVM diuina virtute confectorum exempla. Victoriæ genus præſtantiſſimum, Ro. 12. 21. 1 Ioh. 5. 4. Pro. 16, 32, victoriẹ fiducia vincenda ſunt omnia aduerſa, 2 Timoth. 3. v. 9, 10, victoria Agni, Apoc. 17. 14, victoriam conſecuti laudant Deum, 19. 6. victoria potiuntur pauci contra multos, Geneſ. 14. 14. Iudic. 7. v, 2, 4 Ioſ. 11, v. 1. 17, 1, Sa. 14. v. 6, 14. 2. Par. 13. 14. & 14. v. 11. 12. & 2. 4. 24. Poſt victoriam partã triumphus cõſtituitur. Num. 31. 13.

VICTVS

VICTVS in vultus ſudore parandus, Geneſ.3.19,2,Theſſ.3.10. victum Deus largitur homini & beſtię, in genere,1.verſ. 29.30. Pſalm. 145.v.15,6, & 147,v.8,9,ſed viduæ, pupillo & peregrino peculiariter, Deuter.10.18,de victu non debemus eſſe ſoliciti, Matth 6 25, Luc.12,22.v. Pro.10 3.& 13,25,& 15,16,17,& 16 8,& 17,1,& 30.8.9,V. Cibus.

VIDERE interdum pro ſentire,Hebræis. Actor,2.27.pro cognoſcere, Lucæ.5.20. pro pati, Ioan.8.51.Videre mortem pro ſentire mortem, Lucæ. 2. 26, videre vitam,pro vita frui.Non videre vitam,pro non frui vita, Ioan.3.36.videre regnum Dei, pro introire in regnum Dei,3.3.vt explicatur v.5.Videre, interdum ad animum transfertur,& ſignificat:ex manifeſto ſigno aliquid colligere, Exodi.20. 18.Matth. 9. v. 2. 4. pro cognoſcere,Luc.5.20.pro intelligere,9.47. Ioan 5.19. pro cauere, Marc.12.38. videre Deū nemo poteſt, Exod.33.20. vidit Deum Iacob, Gen.32.30. Moſes,Exodi.24.17.

VIDENS,pro Propheta,1. Sam.9.9. &c.2. Sam.15.27.1.Par.21. 9.& 25.5.& 27.28.& 29.29. Eſai.30.10.videntes oculi obedientibus,Deut.29.4.

VIDVA, in deliciis viuens, mortua,1 Tim.5.6.

VIDVAE munuſculum à Chriſto laudatur, Lucæ. 21.3. Viduæ Deus facit iudicium, & ipſi dat victum, Deuter. 10.18.viduæ veſtimentum pignori non accipiendum,Vide VESTIS. Viduæ parabola, quæ crebis precibus iudicium æquum obtinuit, ab iniquo iudice, Lucæ. 18.2.&c. Viduæ filius ſuſcitatur,Lucæ.7.11.

VIDVAE quales in Eccleſiæ miniſterium, ſeu in Diaconiſſarum collegium recipiendæ, 1 Timoth. 5.3. quot annorum recipiendæ,v.9.Viduæ iuniores laſciuiunt, ideóque deuitandæ ſunt,v.11. vbi non reiiciuntur viduę iuniores ab Eccleſia,ſed ad numerum Diaconiſſarum non admittuntur. Viduę veræ quæ, 1 Tim. 5.3. quę videlicet ſolæ ſunt, & omni humano præſidio deſtitutæ & vera pietate ornatæ.

VIDVARVM domos comedere,Matthæi.23.14. Viduarum officium,1.Corint.7.v.8.9.1. Timot.5.2. Viduarum habenda ratio,& benefaciendum illis, Exodi.22.22. Deut.16.14.& 24. v. 17. 19. 20. 21. & 26. v.12.13.& 27 19.Iob.24.3.&31.16. Eccleſ.4.10. Eſai.1.17. Ieremiæ.22,3, Zach.7,v.10 Malach. 3.5,Matth.23,14,1,Timoth.5.3,Iacobi.1,27.

VIDVAS pias quid deceat,Luc.2.37.1.Timoth.5.v.3.5,Tit 3,

VIGILANTIA piis omnibus, ſed Paſtoribus imprimis neceſſaria, Matth.24.ver. 42.43.& 25 13.& 26.41.Marc.11.33. Luc.12.37.& 21.36.Rom.13.11.1 Cor.15.34.2 Tim.4.5.1 Pet. 4.7.& 5.v.8.9.

[VIGILARE I. De Deo dicitur, & ſignificat, in id quod propoſuit ſedulò eum incumbere, vel in miſericordia, vel in iudicio, Ierem.1.verſ.11.12.& 31.28.& 44.27.Dan. 9.14.

II. Quando de hominibus dicitur, ſignificat ſolicitè & attente cuſtodire & obſeruare aliquid, Eſdr. 8.29. Iob.24.5.Pſal.127.1 Matt.24 43 & 26.38.

III. Ad vigiliam ſeu vigilantiam internam & ſpiritualem refertur, atque ſignificat piè, iuſtè, ſobriè viuere in veræ religionis exercitu, 10.Pſalm.63.2.Prou.8.v.17.34. Cantic.5.2.Eſai.26.9.Marci v.13.37.Luc.12.37.& 21.36.Act. 20.31.1 Cor.16.13.Epheſ.6.18.Coloſſ.41.2 1 Theſſ.v.6.10. 2 Tim.4.5.1 Petr.4.7.& 5.8.Apoc.3.v.2.3.& 16.15.]

VIGILEMVS, & ſobrij ſimus, 1 Theſſ.5.6.vigilemus in orationibus, Coloſſ.4.2.(V.Aduentus Domini.)

VILLICI parabola, Luc.16 1.&c.

VIM patitur regnum cælorum, Matt.11.12.

VINCTORVM meminerimus, Heb.10 34.& 13 3. Ex. Act.12.5. Amos 6.6.

[VINCVLVM, inſtrumentum quodcunque in carcere, vel extra carcerem, quo homo vel aliud quidpiam detinetur & trahitur. 2. Metonymicè ſignificat captiuitatem vel ſeruitutem ipſam. 3. Metaphoricè, leges, iura, doctrinam, vt Pſal.2.3.Ierem. 2. 20. & 5.5. Item obligationem coniugij, Ruth.1.2.& fœderis, Ezech.20.37.]

VINCVLA Pauli vſui ſunt Sanctis, 2 Tim.2.9 10.

VINDICTA non appendēda, ſed Deo ſoli, eiúſque Miniſtris ac Magiſtratui legitimo relinquenda: vnde & prohibita aliis eſt, Geneſis 15 14.Leuit.19 18.Deut.32.35.Iudic.8.19.& 16.20.Pſalm.7.7 & 9.13.& 94.1 Prou. 17. 19.13.& 20.22.& 24.29, Ieremiæ 51 36.Ezech.25.12.13.Nahum.1.2.Matth.5, 39.& 6.14.& 18.v.22.35.& 26.52.Marci 11.26 Lucæ 6.v.27. 28.& 9 55.& 17.3 29.& 18.7.Rom.12.19.1 Cor.6.7. Galat.5. 20.1 Theſſ.5 15.2 Tim.4.14.Heb.10.30. Iac.5. v.4.9.1 Pet.3. 9.Apoc.6.10.

vindicta acceptæ iniuriæ Deo committenda. *exempla:* Ioſeph, Geneſ.50 19.Saul,1 Sam. 11.13.& 24.12. Dauid, 2 Sam.16.10.& 19.v.22.23.Rex Iſrael, 2 Reg.6.23.Dauid, Pſ. 7,5.Chri-

7.5. Christus, Esa.53.7.1 Pet.2.21.&c. Luc.23.34. Stephanus, Act.7.60.

VINDICTAE expetitæ, & eorum quæ inde consecuta sunt *exempla*: Filij Iacob, Genes.34.v.25.26. Samson, Iudic.16.v.28.&c. Abner, 2 Sam.3.9. Absalonis, 14.30. Aman, Esth.3.6.&c.

VINDICTAM interdum Sacerdotes & Prophetæ vi corporali exercuerunt. *Exempla*: Moses per filios Leui iubet occidi idololatras, Exod.32.v.26.27. Phinees occidit Zambri & Cozbi, Nu.25.v.7.8.14.15.1 Machab.2.54. Samuel Agagum, 1 Sam.15.32.33. Elias Propheta Prophetas Baal, 1 Regum 18.40. *Vindictæ propriæ punitæ exempla*: Idumæi, Ezech.25.v.12.13. Palæsthini, v.15.16.

VINDEMIA vber obedientibus, Leuit.26.5. vindemiæ leges, 19.10.

VINDEMIAE interdum, ad Ecclesiæ calamitates refertur, Ps.80.13. Thren.1.12.& 2.20. ad excidium impiorum, Thren.1.21. Apoc.14.v.18.19. Vindemiatores, persecutores Ecclesiæ, Ierem.49.9. Abd.v.5.]

VINDEX Deus, 1 Thess.4.6.[Apoc.6.10.& 19.20. vindex magistratus, Rom.13.4.]

VINEA, Salomonis, Cantic.8.11. Dei 1. Esa.5.1 Matth.20.1.& 21.33. vinea à Noe plantatur, Genes.9.20. diuersis generibus non serenda, Deuter.22.9. vinea proximi non lædenda, Exodi 22.5. Deuter.23.24. licet ex eius vuis decerpere & comedere, ibid. vinea Dei, Iudæi, Matt.21.33. Mar.12.1. vineæ parabola, vide PARABOLA. vineæ & Agricolarum similitudine notata impietas Sacerdotum, Luc.20.9. Inobedientes suis vineis non fruuntur: Deut.28.30.39. Isa 66.21.

[*Vinea* mystica, allegorica, parabolica, 1. sub cuius descriptione status Ecclesiæ proponitur, Cant.1.6.& 2.13. Ezec.17. vers.6.8.& 19.10. Matth.20.1.&c.& 21.v.28.33.39.41, Vinea Sodomea, vinea Iudæ 12. Deut.32.32.

VINVM, hominis cor recreat ac reficit, Iudic.9.13. Psalm.104.15. vinum quibus & quando prohibitum: nempe Leuitis intrantibus Tabernaculum, & Israelitis facientibus votum, Leuit.10.9. Num.6.3. *Exempla*: Vxor Manue, Iudic.13.v.13.14. Ioannes Baptista, Lucæ 1.15. vinum in deserto Israëlitæ non biberunt annis XL. Deut.29.6. vinum dat Deus obedientientibus, 11.14.& 28.39. vnum myrrhatum, id est,

myrrha conditum, Christo crucifixo exhibetur, Marci 15. 23. vinum Cœnæ Dominicæ, dicitur fœdus nouum, per metonymiam Scripturæ familiarem, Luc. 21. 20. vinum nouum in vtres nouos infundendum, Matth. 9.17. Luc.5. 36.&c. Vini abusus quàm noxius, Prou. 20.1. & 23.30.& 31.v.4.5.Esa.5.11.Ephes.5.18. Tit.1.7.& 2.3. pauculo & modico vino vtendum, 1 Tim.5.23. vini potatorem esse Christum, criminantur Iudæi, Matt.11.19.

[vinum mysticum, Cantic.5.1.& 8.2.Esai.55.1.vinum iræ Dei, Ps.75.9.& Ierem.25.15.Apoc.14.v.8.10.& 16.19.& 17. 2.& 18.v.3.13.& 19.15. vinum figuratè sumitur pro actionibus humanis. Deut.32.33. Prouerb.4.17.Esai.1.22.vinum compunct.i.vertiginis spiritus, Ps.60 5.

VIOLENTIA damnatur, Leuit.25.53. Prou.22.22.28.ver.15.16. 17.18.Ezech.46.18 Mich.2.1.&c.& 3.v.2.34. violentiæ merces, Prou.11.24.Iob.27.13.&c. A violentis vindicandi pauperes: Iob.5.15. violenti rapiunt regnum Dei: Matth.11.12. Luc.16.16.

VIPERA, cuius familia semper funesta est, & dirus ortus. fœmina marem necat in coeundo, & dentibus caput ei abscindit. Fœtus matrem in vindictam patris exeundo lacerant, & trucidant aluum eius erodentes. Vide Iob.20. 16.Esa.30.6.

VIPERAE morsus Act.28 3. viperarum genimina, Matth.3. 7 & 12.34.& 23.33 V. Marc.16.18.Luc.10.19.

VIR pro indefinita particula, quidam, Act.8.27. pro quouis homine, Gen.49.6. Vide HOMO. Vir à muliere seductus, 3.v.6.12.1 Timot.2.14. vir mulieris caput est, 1 Cor.11.3. Ephes.5.23. & dominus, Gen.3.16.& 18.12. 1 Petri 3.v.5.6. vir imago & gloria Dei est, 1 Cor.11.7. hoc est, imago gloriæ Dei, in qua nimirum elucet Dei maiestas & imperiũ. Est enim vir in supremo gradu collocatus in hoc mundo, & tanquam secundarius aliquis Deus, vt ita dicam, ipsius etiam mulieris respectu: alioquin si mulierem cum cæteris creaturis conferas, est & ipsa Dei imago: nam illis dominatur, & vsum earum habet: sed hoc loco mulier cum viro collata, non dicitur imago Dei, quia viro non dominatur, sed potius ei paret. Viri gloria mulier, 1 Cor.11.7. Non vir ex muliere, sed mulier ex viro: neque vir propter mulierem, sed mulier propter virum condita est, 1 Cor.11.v.8.9.

VIRI vxores ſuas diligere debent, Epheſ.5.v.25.28.29.33. Col. 3.19. Viri quomodo orare debeant, 1 Cor.11.14. 1 Tim. 2.8. virorum erga vxores officium, 1 Pet.3.7. Epheſ.5.25. Col.3. 19. vide MARITI.

VIR belli, id eſt, magnus bellator, vel bellicoſiſſimus, Exodi 15.3. 1 Reg. 5.3. Eſa. 42. 13. Ierem.49.v.26.30.& 52. 7. Ezech.27.v.10,27. Oſeæ 2.7. Ioël.3.9. Viri belli, pro viri ad bellum apti & idonei. Deut.2.14. viri Belial, pro hominibus nequam, 1 Reg.21.10. vir mortis, id eſt reus mortis, 2.26. viri nominis, id eſt celeberrimi, Geneſ. 6,4. Numer.16.2. 1 Paral.5.24. viri roboris, id eſt, ſtrenui, 2 Sam. 24.9. Eſ.5.22. Vir ſanguinum, id eſt, ſanguinarius, 2 Sam. 16.7. Pſalm.26.9.& 55.24. Vir Dei, Propheta, 1 Sam.9.6. vir ne vtatur veſte muliebri, Deut. 22.5. vir vxorem habeat, 1 Corinth.7,2. Virorum raritas in excidio Ieruſalem, Eſaiæ 4.1.

VIRA à viro dicta eſt Eua, Gen.2.23.

VIRILITER agendum, Deut.31.6. Ioſ.1.18. Pſalm.17.14. 1 Cor. 16.13.

VIRIBVS noſtris non vult Deus nos quicquam tribuere, Ioſ.4.8.&c. Iudic.7.2.&c. vires tribuit Deus, Deut.8.18. de viribus diffidit Gedeon, Iudic.6.15.

VIRGA Aaronis germinat, Numer.17.8. Virga Moſis verſa in colubrum, Exod.4.3. vide MIRACVLA. Virga paſtoris pro ſeueritate, 1 Corint.4.21. Virgam tollere ſecum prohibentur Apoſtoli, Matt.10.10. vbi virgæ nomine intelligitur baculus, qui oneri ſit ferenti. Chriſtus, Marci.6.8, permittit hoc fieri, vt nimirum virgam tollant Apoſtoli, Virga percutit petram Moſes, Exodi.17.5.

VIRGA, virgula, virgultum, de Chriſto ipſo dicitur, Eſai.11.1.

2. Baculus Dei in manu Moſis Exod.4.v.2.4,17,20, item cap. 7, 8,9,10,17, Baculus patrisfamilias, Exod. 21,20,

3, Virga Angeli, Iudic.6,21, Baculus hominis, 2. Sam.23. 21. Matth.10,10.

4. Virga, Pedum, 1. benigna dominatio & protectio Chriſti paſtoris Eccleſiæ, Pſal.23 4, Mich. 7,14, Zach.11, v.7,10,14.

5. Sceptrum Chriſti, Eccleſię ſuæ reſpectu, Pſalm.45, 7 & 110,5, Hebr.1,8, Impiorum reſpectu, Pſal.2,9: Apoc.2,

27.& 12.5.& 19.15.Vox seu verbum Christi.Esai.11.4.

6.Virga flagellum Dei,Iob.9 34.& 21.9.Psal.89. 33. Esai.10.5.& 30.32.Thren.3 1.

7. Portio,Psal.74 2.Ierem.10.16.Robur,vis Latens, Ezech.14.13. Sceptrum hominis,Num.24.17. Esther.4 11.& 5.2.Dominatio potens,superba,tyrannica,violenta, Esai.9.3.& 10.26.& 14,vers.5.29.& 30.31. Ierem.48. 17. Psalm.125. 3. Prouerb. 22.8.Ezech. 7.10. &19.v.11.12.14. Nahum.1.13.]

VIRGO desponsata in agro vi compressa, & eius lex, Deut.22.v.25.26.27.(vide Exod. 22. 16.) virgo desponsata in ciuitate compressa, Deut.22. v.23.24. virgo memini desponsata compressa,v.28.29.virgo mater Messiæ,Matth.1.v.18.23.

[virgo,Ecclesia Christi,2.Corinth. 11.2.vrbs & Ecclesia Hierosolymitana, atque adeo Iudea ipsa, 2. Reg.19.21.Esai.37.22. Ierem. 14.7. & 18.13.& 31 4.21.Thren.1.5.& 2.v.2 13.Amos.5.2.virginis nomine designātur ciuitates & regna quæ fama, dignitate, diuitiis florent, Esai.47.1. Ierem.46.11.)

VIRGINES Silo rapiuntur, & quare, Iudic.21.23.virgines in bello raptæ, seruandæ, Nume.31.18. in choreis raptę, Iudic.21.23.

VIRGINVM officium,1 Corinth.7.34. virginum exeuntium v obuiam sponso parabola,Matth.25.1.&c.

VIRGINITAS commendatur,Matth.19.12.1. Corin.7.25 &c. Apoc 14.4.pręfertur coniugio,1 Cor.7.v.38 40. sed non simpliciter,verùm propter instantem necessitatem, vt ibidem additur,v. 26. virginitatis finis quis,7.25.virginitatis merita confutans locus,v.28.virginitatem filiæ quomodo testentur parentes apud Iudæos,Deut.22.15.

VIRIDI ligno Christo non parcitur,Luc.23.31.

VIRTVS virtus moralis, est habitus in voluntate regenita à Spiritu sancto creatus, inclinans ad serium studium honestè viuendi secundùm Legis diuinæ præscriptum, externis actionibus perpetuò & constanter sese exerens. 2 Pet.1,5.

virtutes Gentilium, simulacra potiùs virtutum erant,quàm solidæ virtutes:ideóque ab Augustino splendida peccata nominantur. Nam plerúmque illi omnia propter vanam gloriam faciebant, semper autem sine fide Rom.14 23.

VIRTVS pro sanctis & honestis moribus, quorum fons est fides, 2 Petr. 1. 5. virtutis habitum non à natura omnibus hominibus communi, qualis nunc est, sed à gratia illa reuocãte proficisci docet Paulus, Rom. 12. 2. Virtutes Christianæ enumerantur, ibid. v. 9. &c. omnibus piis communes, in vno cumulo proferuntur, & enumerantur, 2 Pet. 1. 5. &c. Virtutes pro edendorum illorum, quæ inter miracula excellunt, effectorum facultate, 1 Cor. 12. v. 10. 28. Virtus Dei, Euangelium, quo nos saluat, Roman. 1. 16. virtute Dei custodimur in fide. 1 Pet. 1. 5. virtute indui ex alto, Lucæ 24. 49. virtutes operatur Deus in nobis, Galat. 3. 5. Virtutis laus, Sap. 4. 1. &c.

VIRTVS, quum ad homines refertur, signif. plerunque militarem fortitudinem, & vir aut filius virtutis nominatur, qui in quocunque genere negotij aut operis est industrius, sedulus, ac solers. Mulier virtutis, 1. virtute prædita, ea dicitur, quæ præter pudicitiam cordata, intelligens, & in re familiari tractanda educandisque liberis strenua conspicitur. V. Pro. 31. 10. &c.

2. Virtus exercitum denotat, & de Deo dicitur quod sit virtus suorum, atque virtutum 1. exercituum superorum atque inferorum Deus. Virtutes cælorum etiam mouebuntur, inquit Christus, Luc. 21. 26.

3. Nonnunquam significat fortia facta & prȩclara opera Dei & hominum, vt sunt victoriæ in bello, liberatio ab extremis periculis, Ecclesiæ protectio, &c. Sic miracula Christi & Apostolorum vocantur virtutes, vbi virtus effectum diuinæ potentiȩ denotat.

4. Aliquoties pro causa efficaci & potente sumitur, vt Act. 1. 8. & 3. 12. & 4. 33. Hoc sensu Euangelium dicitur virtus seu potentia Dei ad salutem omni credenti. Sic & magus ille, Act. 8. 10. volebat vocari Dei virtus.

5. Virtus Christi, 1. potentia qua agit in suis Virtus fidei, &c. id est, efficacia illa Spiritus Sancti in credẽtibus vt in fide crescant vnde bona opera.

6. Virtus Dei, 1 Sapientissima illa omnipotentia quæ in operibus creationis, conseruationis rerum, adoptionis, redemptionis & salutis suorum electorum varie & abunde elucet.]

VISCERA, ex Hebræorum idiotismo, pro tenerrimis & intimo cordi insidentibus misericordiȩ summȩ affectibus, Luc. 1. 78. 2. Cor. 6. 12. & 7. 15. Philip. 1. 8. & 2. 1. Coloss.

3.12.Solent enim Hebræi omnes tenores ac veluti mater-
nos affectus vocare viscera. Viscera claudere, Hebræis id
declarat, quod non aperire alicui veluti pectus suum, ne
prompto succurrere animo, 1 Ioan.3.17.

VISERE Sanctos desiderat Paulus, Roman.1.11. & 15. v.23.32
Gal.4.20.1 Thess.2 17.

VISIONES seruis Dei olim valdè frequentes. Nume.12.6.&c.
*exempla*: in Iacobo, Genesis 46.2 Samuele, 1 Sam. 3.7.&c.
Nathan Propheta, 2 Sam.7.17. Addo viuente, 2 Paralip.9.
29. Esaia, Esa.6.1. Ieremia, Ierem.24.v.1,2. Ezechiele, Ezec.
1.v.4.19.& 8.v.1.2.& 10.1.&c.& 11.22 &c.37.1.& 40.versic.
1.2. Daniele, Dan 7.2.& 8.2.& 10.5. Amos, Amos 8. 1. Za-
charia, Zach.4.2 & 5.vers.2.6.& 6 1. Christo, Luc.4.5. Pe-
tro. Actor. 10. 11. Paulo, 16.9. & 22.18.& 26.13. & 27.23.2.
Cor.12.v.1,2. Ioanne, Apocal.1.12.& 4 2.& 5.1 & 6.2. & 7.
v.1.2.& 8.2.& 10.4.& 11 4.& 12.1.& 13.1. & 14.1. & 15. 1. &
17.5.& 18.1.& 16. v. 11. 17. & 20.1.& 21.1.& 22.1. Vide AP-
PARITIONVM & peculiarium Dei reuelationum exem-
pla. In visione rarò se manifestabat Deus tempore Heli
in Silo, 1 Sam.3.1.

VISITARE, pro animaduertere in aliquem, Exod.20.5. Deut.
5.9. Ose.2.13.& 4.9. ideóque visitare dicitur Deus peccata,
quum punit illa, Exodi 32.34. Visitare ægrotos, Vide Æ-
GROTI visitandi & consolandi.

VITA, pro perduratione in periculis pro Christo adeundis,
2 Corint.4.10. vita æterna μετωνυμικῶς pro Christo, 1 Ioan.
5.20. vitæ optimè instituendæ ratio Matt.7.12. Lucæ 6.31.
vita mandatorum Dei obseruatoribus promissa, Leuit.18.
5.& 25.18. Deut.6.v.17.18.& 28.1.&c. Prou.7.2. Ezec.20.11.
Matth.19 17. Marc.10. v.17 19. Luc.10.28.& 18.18. Galat.3.12.
vita per Legis transgressionem perdita, Roman.6. 23. E-
phes.2.1. per Christum restituta, Roman.6 23. Ephes.2.5. 2
Timoth. 1. 10. 1 Ioann.4 9.& 5 11. in Euangelio patefacta,
Rom.1 17. Ephes.1 17. Phil.2.15.16. ex gratuita Dei bonita-
te, Luc.12.32. Ioan.10.28. Rom.6.23. 1 Ioann.5.11.& Christi
misericordia profecta, Iudæ v.21. Electis & fidelibus Deum
timentibus apparata, Matthæi 19. 17. & 20. 23. & 24. 13.
Marci 10 30. Lucæ 6.20.& 18 30. Ioan.3.ver.15.36.& 4.14.&
5.24.& 6.ver.33.40 47.54.& 10 28.& 11.25.& 12.25.& 14.2.&
17.2.& 20.31 Roman.2.7.& 6.22. & 8.17.1 Corinth.9.25. 2
Cor.4 17.2 Timoth.2.5. Tit.3 7. Hebr.4.3. & 10. 22. & 12.
14. Iac.2.5.2 Petr.1.11.1 Ioan.2.25.& 5.13. Iudæ ver.21. Vitæ
æter-

æternæ excellentia, 1 Petri 1.4.

VITA ÆTERNA, est vita gloriæ, qua anima corpori adiuncta, Deo fruitur in æternum, euecta ad summum felicitatis suæ culmen & fastigium, in gloriam Dei & gratiæ eius celebrationem.

Vita Dei, pro ea vita, qua Deus in suis viuit, Ephes.4.18. vita præsens in quo sita, Deuter.8. 3. certo termino definita, Iob.14.5. Christo posthabenda, Matth.10.39.& 16.v. 25.26. Luc.9.24. vitæ fidelium scopus, Roman.14.7. Tit. 2.v.8.10. vitæ humanæ breuitas, ac vanitas, Genes.3.19.2 Sam.14.14.1 Paral.29.15, Iob.7.20.& 7.1.& 8.9.& 9.21.& 13. 28.& 14.ver.1.5.& 16.22.Psalm.39.6.& 62.10.& 90.v.6.9. 10.& 102.v.4.24.& 103.15.& 109.23.& 144.4.Esai.40.v.6. 7.Luc.12.18.1.Co.7.29.Ephes.5.16.Hebr.13.14.Iacob.1.10.& 4.14.1 Petri 1 24.2. Petr.3.8. vitæ humanæ finis, 1 Cor.10. 31.vide GLORIA Dei.

Vitæ longitudo quibus promissa, Exodi 20.12. Deuteron.25.15.1 Reg.3.14.Psalm.91.16.Prou.3.ver.16 18. & 9.11. & 10.27.& 11.30.& 28.16.Esaiæ 65.20.Ephes.6.v.2.3. vita æterna est cognoscere Deum, & IESVM, Ioann.17.3.datur gratis, Roman.6.23. datur ex obseruatione mandatorum, Matt.19.17.vita Christianorum abscondita cum Christo in Deo, Coloss.3.3.vitæ arbor, Genes.2.9.ostenditur, Apo. 22.2.vitæ æternæ & præsentis discrimen, Luc. 20.v.34.35. 36.vitæ anteactæ memoria haud inutilis, Deut.5.15.& 16. 12.Ezech.36.31.Ioan.4.29.Actor.22.4.& 26.10.Rom.6.17. 1 Corint.6.11.& 12.2 Gala.1.13.& 4.8. Ephes.2.v.1.11.& 5.8. Coloss.1.21.& 2.13.& 3.7.1 Thess.1.9.1 Timot.1.13. Tit.3.3.1. Petr.2.v.10.25.& 4.3.vitæ nouitas, vide SANCTITATI studendum.

Vitæ sanctimonia electionis scopus est, Eph.1.4.& 2.10. 1 Thessal. 4. 7. itaque fideles vitæ sanctitati studere debent. vide Sanctitas Genes.17.1 Psalm.15.v.1,2. & 24.v.4.5. & 73.37.Matth.23.26, Roman.6.4.& 8.1.2 Cor.5.17. & 7.1. Eph.2.10.& 4 17.Phil.1.27.& 2.15.Hebr.10.22.& 12.14.Iac. 3.13.1 Pet.1.15.& 2.v.11.12.24. & 3.16.& 4.2.2.Pet.1.4.& 3.v. 11.14.1 Ioan.2.3.vita æterna quomodo possideatur, quærit diues ex Christo, Matth.19 17. Marc.10.7. vita per Christum parta, cum morte per Adamum introducta, comparatur, Roman.5.17. vita nostra stadij instar est, 1 Cor.9.24 vapor est, Iacob.4.14.

vitæ sermo qualiter recipiendus, 1.22. vitæ sanctimo-

niâ probanda eſt Dei cognitio, 1 Ioan.2.3. vitę nouitas bonis operibus teſtanda eſt, 1 Ioan.3 7. in vitam reuocati ad cœlum reuocantur, Apoc.11.12. vitæ liber, Apo.20.14 & 21.27. Exod.32.32. Philip.4.3. vide LIBER vitæ. vitam videre, pro vita frui: &, vitam non videre, pro vita non frui: Ioh.2.36. vitæ panis, Hebraiſmus, pro viuifico, ſeu vitali pane, Ioan.6.35. vitam pro fratribus ponere, Iudith.13.v.3.25. Eſther.4.15. Ioann.15.13. 1 Ioann.3.16. vitæ nouitas, pro noua vita, Hebraiſmus, Rom.6.4. vita æterna metonymicè dicitur Chriſtus, 1 Ioan.5.20. vita æterna, merces eſt, Mattæ.5.12. & 20.8. donum Dei eſt, Rom.6.23. vide MERCES.

1. VITA, Iehoua, vnus & verus Deus, Pater, Filius, Spiritus Sanctus, verè & propriiſſimè viuit, ipſéq; verè vita eſt, & quidem ſempiterna, qua viuit, & viuentia omnia modis à ſapientia ſua conſtitutis viuificat.

2. Vita æterna in Deo Patre eſt, eámque habet à ſeipſo.

3. Filius Dei, Ieſus Chriſtus, Deus homo eſt hominum, & peculiari quadam ratione vita electorum ex filiis Adæ. Hanc vitam dedit ei Pater ineffabili modo.

4. Vitam naturalem & ſpiritualem recipiunt Creaturæ à Dei Filio, in quo vita eſt, qui vita eſt, & quidem æterna, quum ſit Deus.

5. Vitam hanc dat & largitur Spiritus S. conſubſtantialis Patri & Filio.

6. vita, reſpectu creaturarum in hoc mundo vniuerſalis nominatur, quæ motu duntaxat & ſenſu conſtat, cuius etiam participes ſunt beſtiæ.

7. vita etiam humana dicitur, nempe qua filij Adæ fiunt participes, & quæ certo definitóque dierum ſpatio continetur.

8. vita gratiæ ſupernaturalis, in Chriſto fundatæ, necnon incrementa ſua capientis, & adoleſcentis pro menſura donorum Spiritus adoptionis, hæc eſt quam ſoli electi in hac vita, ſeu pignus futuræ, ſingulari dono Patris cæleſtis obtinent.

9. vitæ gratiæ glorioſæ, & gloriæ ſummæ qua electi Angeli & homines, fruuntur & fruentur in cælis cum Chriſto, inenarrabili cum lætitia omni ex parte beatiſſima Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum glorificantes in æternum.

Ad has diſtinctiones referri facilè poſſunt quæcunque

que de vita Dei & creaturarum in Scripturis sacris leguntur.]

VITIVM, est propositum voluntatis inhonestè viuendi, contra diuinæ Legis præscriptum.

VITIA aliena lugenda, Ezech 9.4.1 Cor.5 2.2. Corint.12.2. vitia patrum minimè dissimulanda, Vide PATRVM peccata non dissimulanda.

VITIS, est frutex, id est, humilis arbuscula, quæ Vere floret, atque tunc suauissimum odorem emittit. Cant.2 13. Plantata à Noach, Genes. 9 20. Hæc miros fructus profert, si modò quis ijs moderate vtatur 1. Tim.5.23. Ps. 104.15. Similitudines ductæ à vite: Psa.80 9. Isa.5.1.&c. Ab Hebræis foetus mulieris cum fructu vitis cōparatur. Vide vinea.

VITIS, Gen.49.11. Iudic 9.11. Zachar.3.10. Matt.26.29. Vitis palmes appellatur populus Israeliticus. Ose. 10.1. [Vitis Christus, Ioann.15.v.1.4.5.& Pater agricola, ibid.]

VITARE quos debeamus, 2 Tim.3.2.&c.

VITVLVS erigitur in idolum, Exodi 32.4. Deut.9. 16.1 Reg. 12.28.2. Reg.10.29.& 17.36. Psam.106.19. Oseæ.8.5. Act.7. 40. Vituli aurei, 1 Regum.12 28.2. Reg.17.16 [Vituli, hostes Dauidis, Christi, Ecclesiæ, Ps.22.2. Vitulus Sacrificiorum, Exod 24 5.& frequentiss. apud Mosem, & Prophetas, Ps.51.21.& 69.32 Hebr 9.12.19 Vitulus, metaphoricè, pro homine pacifico, Esai.11.v.6.7. Vitulus mysticus, Ezech.1. 7. Apoc.4.7.]

VIVO ego, iuramentum Dei, Deut.32.40.

VIVERE, Hebræis, pro valere, Ioann.4.50. Viuere ex omni verbo prodeunte per os Dei, Matthæi. 4.4. dicuntur homines, omni eo viuere, quod egressum fuerit ex ore Dei: siue, quod Deus constituerit, & decreuerit: hoc est, non viuere ex solis causis physicis, cùm Deus non sit illis adstrictus, testantibus id Mosis & Eliæ exemplis, Exodi.24.18. & 34 28. Deuter 9.v.9.18.1 Reg 19.8. sed omni re cui Deus i verbo suo alendi nos facultatem indit, quasi imperans ei vt hoc faciat, & verbo suo præstans. Vide Deut.8.3.

Viuere Deo, est opera Dei facere, Rom.6.v.11.12. Gala. 2.19. Domino, Rom.14 8 2. Cor.5.15.2. Thess.5.10.1 Petr.4. 2. in Christo, 2 Tim.3.12. Viuere peccato qui dicantur, Vide MORI peccato. viuere secundùm carnem, Incedere secundùm carnem, Esse in carne, Rom,7.5.& 8.v.4.5.8.12. de iis dicitur, qui cùm nō sint Spiritu donati, sese cupidita-

tibus carnis immergũt. Viuere autẽ in carne, Gal. 2.20. vel ambulare in carne. 2 Cor. 10.3. nihil aliud declarat, quàm in hoc caduco corpore vitam degere tantisper, dum cœlesti & æterna vita potiantur, vt Galat. 2. 20. 1 Petr. 4. 1.

Viuere sibi, latiùs dicitur, qui vnum respicit, vt ex suo vnius arbitrio ac voluntate viuat, pro quo Hebræi dicũt, Benefacere animæ suæ, Psal. 49. 19. cùm ergo negat Paulus fideles sibi viuere, Rom. 14. 7. hinc quid velit intelligitur, nempe quòd fideles non suam, sed Domini voluntatem fateantur ex gratiarum actione se habere pro vitæ regula: quòd deniq; ita viuant, vt Domino sibi reddendam vitæ rationem cogitent, cuius vnius iuri & potestati subsint. Viuit anima tua: Asseueratio Hebręis, 1 Sam. 1. 26. Viuit Christus in Christianis, Galat. 2 21. Viuit Dominus iurantis vox, Ruth. 3. 13.

Viuit homo fide, etiam in fame, Deut. 8. 3. Viuimus in gloriam Dei, Rom. 14. 8. Viuunt omnes Deo, Luc. 20. 38. Viuat rex, 1 Samuel. 10. 24. vt viuamus, mandata seruanda, Deutero. 4. 1. & 32. 47. Viuere facit Deus, & occidit, 32. 49. Viuens Deus, Ios. 3. 10. Viuendum Deo, non sibi, Rom. 14. 7. 2. Cor. 5. 15. Gal. 2. 20. 2. Thes. 5. 10. 1. Pet. 4. 2. Viuendum in lætitia, Eccles. 8. 15. & 9. 7.

[VIVERE, exercitij gratia, sic distinximus.

1. Viuit *Deus*, verè & propriissimè, vt etiam plerumq; iurat dicens, Viuo ego, & per eum iurant homines, Viuit Iehoua.

2. Viuens *Pater* dicitur, Ioan. 6. 57.

3. Viuit Dei *Filius*, propter Patrem, Ioan. 6. 57.

4. viuit *credens in Christum*, & eius carnem manducans, idque propter Filium, Ioan. 6. 57.

5. viuere vita spirituali, Deo & Christo, item viuere Spiritu, piè, iustè, sobriè, *pij* dicuntur.

6. viuenti seu viuæ aquæ Deus & Christi gratia comparatur, Ier. 2. 13. & 17. 13. Ioan. 4. v. 10. 11. & 7. 38.

7. viuere, de beata vita, in hoc inchoata seculo, perfecta & absoluta in cœlis, dicitur, quoties sermo fit de gratia Dei per Christi meritum & obedientiam electis imputatam. Operibus autem vita promissa conditionis appositæ complementum in vnica Christi obedientia reperit & obtinet.]

VIVIFICAT *Deus*, 1 Sam. 2. 6. Nehem. 9. 6. Ps. 71. 20. & 119. 17. &c. Esa.

17.&c.Esai.57.v.15.16.Ose.6.3.Abac.3.2.Rom.4.17.

2. viuificat Deus *Pater* Ioann.5.21.Rom.8.11.1 Tim.6.13.

3. viuificat *Filius*, Deus-homo, Ioan.5 21.1.Cor.15.22. viuificatur spiritu,1 Petr.3.18.

4. viuificat *Spiritus* S. Iob.34.4.Ioan.6.63.2.Corinth.3.6.

5. viuificantur *homines* è variis periculis lethalibus & morte erepti,1.Sam.2.6. Reg.8.5. Psal.41.3.& 80.19.Esai.38.16.De corporum resurrectione dictum,Rom.4.17. 1 Cor.15.22.

6. viuificantur Dei *electi* vitæ spiritualis & æternæ respectu. Psalm. 85.7.& 119.v.25.27.37.50.88.&c.Lucæ. 17.13.]

VLCERE percutiuntur inobedientes, Deut.28 35.vlcera in hominibus,Exodi.9.v.9.10.11.

VLCISCITVR Dauid iniuriam seruis factam, 2.Sam.10.7.

VLTIO non quærenda, Leuit.19.18. Luc.9.54. vltionem capere,Dei est,Deut.32.35.Vide VINDICTA.

VMBRA, vetus Testamentum, Habr. 8.5. vmbræ nomen quatenus tribuatur legalibus ceremoniis,Col.2.17.Vide CEREMONIAE vmbris similes. vmbra mortis, pro morte vmbrosa & tenebricosa,Luc.1.79.Hebraismus pro vmbra densissima,Amos.5.8.

[vmbra, Luci opposita. 2. Rei cuiusuis, vt arboris,tecti,domus,&c.in qua refugij, refrigerij, hospitij & quietis causa diuertimus. 3. Protectio Dei,nomine alarum & manuum eius designata. 4. vmbra legis ceremonialis quæ Christum venturum ritibus suis depinxit. 5.Vmbra mortis corp.& spirit. 6. Vmbra auxilium Ægypti. 7.vmbra mortis significat pericula grauissima & lethalia,Psal.23.4.& 44.29.&c.]

VNANIMITAS commendatur, 1 Cor. 1.10. Philip.1.27.Act. 2.46.& 4.32.Vide CONCORDIA.

VNCTIO,pro Spiritu S.1 Ioan.2.v.20.27. translatione sumta à consuetudine vnctionum,quę in Lege vsurpabantur. Vnctio ægrotis quondam adhibita, vt miraculo sanitatem recuperarent, Marc.6.13. Iac.5.14. Christi,Dan.9.24. Spiritu S.est,1 Ioan.2.27.

[Vnctio *communis* corporum, viuentium & mortuorum,Deuter.28.40.Ruth.3.3.Matt.6.17. Marc.16.1. Luc.7.46.*Legalis*,nempe vasorum tabernaculi, sacerdotum,pro-

phetarum, regunt, rerum ad sacrificia pertinentium, Exod.29.v.29.36.& 30.26.1 Samuel.15.1.1 Reg.1.34.&19.15. Vnctio spiritualis & interna, *Messiæ*, quæ illa legali Sacerdotali, prophetica, regia, designata fuit, Ps.45.8.& 89.21.Esai.61.1.Dan.6.24.Luc.4.18.Act.4.27.&10.38.Heb.1.9.Vnctio spiritualis electorum Dei, Ezech.16.19.2. Cor.2.21.]

vnctionis oleum, Exod.30.23. &c.extremæ Sacramentum probare se posse putant Papistæ, ex Iac.5.14.

VNGEBANTVR corpora mortuorum, Gen.50.2.non vnguntur oleo suo inobedientes, Deut.28.40.Vngebantur Reges, 1 Sam.10.1.&16.13.Sacerdotes, Exodi.29.7.Prophetæ, 1 Reg.19.16.

[VNGVENTVM, commune, Dan.10.3. Amos.6.6.Mat.28.7. Legale, Exod.30.25.Ps.133.2.Mysticum, Cantic.1.4.&4.10. Vnguentarius, Exod.30.v.25.35.1 Sam.8.13.

VNGVIS, Deut.21.12. adamātinus, Ier.17.1. Nebucadnetzaris, Dan.4.33.chalybeus, 7.19.

[VNIGENITVS Dei Patris, Ioan. 1.v.14.18.& 3.ver.16.18.1. Ioan.4.9.Vnigenitus hominis, Genes.22.v.2.12.Iudic.11.34. Hebr.11.16.]

VNITAS fidei & spiritus commendatur, 1 Corinth.1.10. Ephes.4.ver.3.13.Philipp.1.27.&2.2.1.Petri.3.8.Vnitas fidei Christianorum, Ioan.17.11.Actor.4.32. *Vnitatis & consensus exempla*: Israelitæ, Exodi.19.8.& 35.21.Iudic.20.1.1 Samuel.11,7.Vniuersæ Tribus Israel, 2Sam.5,1.maiores natu Israel, & subditi Salomonis, 1 Reg. 8. ver. 1.2.3. Israelitæ, Esdr.2.64.Nehem.8.1.Apostoli & fideles omnes, Act.1.14 & 2.v.1.44.46, & 52,12, Apostoli, 4.24, Fideles Ierosolymitani, v.32.

VNIVERSALIS nota, vide NOTA vniuersalis: &, OMNIS.

[VNVS, vox numeri Cardinalis, seu numeri principium, frequenter ea significatione occurrit.

2. Sæpe pro ordinali numero ponitur, idémq; significat quod primus, vt Genes.1.5.&2.11.Sic apud Euangelistas, vna Sabbathi, vna Sabbathorum, i.prima die hebdomadæ aut festi, Marc.16.2. Luc.24.1. Ioan.20.v.1.19.Acto.20.7.

3. Vnus aliquando idem est ac vnus tantùm, vel solus. Vt quum de Deo dicitur, quòd vnus sit. Item de Christo, qui vnus mediator est Dei & hominum. Nec enim Ecclesia secūdarios aut multos habet Mediatores. vnum tan-

tantùm, vnicum & solum Christum, talem agnoscit: vt & vnum essentiâ Deum adorat, Patrem, Filium, Spiritum S. non tres deos, sed vnum tantùm Deum.

4. Vnus item Spiritus Sanctus, & vna Christi columba, seu Ecclesia.

5. Vnum sunt Deus, Pater & Filius, nempe & naturæ siue essentiæ ταυτότητι, & vno in volendo & agendo consensu, distinctis tamen personis, Ioan. 10. 30.

6. Vnum sunt Pater, Filius & Spiritus S. i. ita consentiūt prorsus, ac si vnus testis essent, vt re vera vnum sunt κοίᾳ. 1 Ioan. 5. 7. 8.

7. Vnum sunt Electi omnes cum Deo Patre & filio: & vnum sunt inter se vnitate Spiritus, fidei, spei, charitatis, Ioan. 17. v. 21. 23. Alias huius vocis minutas significationes omittimus.]

VOCABVLORVM Latinorum Græcè formatorum, & declinatorum catalogus. Assarius ἀσσάριον, Matt. 10. 49 Census, κῆνσος, Matt. 17 25. & 22. v. 17. 19. Colonia, κολωνία, Act. 16. 12. Centurio, κεντυρίων, Marc. 15. v. 39. 44. 45. Custodia, κουστωδία. Matth. 27. 65. Denarius, δηνάριον, Matt. 18. 28. & 20. 2 Flagellum, φλαγέλλιον, Ioann. 2. 15. Flagellare, φλαγελλεῖν, Marc. 15. 15. Forum, φόρον. Act. 28. 15. Iustus, ἰοῦστος, 1. 23. & 18 7. Col. 4. 11. Legio, λεγεὼν, Matth. 26. 53. Marc. 5 9. Luc. 18. v. 30. 36. Libertinus, λιβερτῖνος, Act 6. 9. Linteum, λέντιον, Ioann. 13 4. Litra λίτρα: Macellum, μακέλλον, 1 Corint. 10. 25. Membrana, μεμβράνα, 2 Tim. 4. 13. Miliare, μίλιον Modius, μόδιος, Matt. 5 15. Marc. 4. 21. Luc. 11 33. Prætorium, πραιτώριον, Matth. 27. 2. 7. Marc. 15. 16. Quadrans, κοδράντης. Matth. 5. 26. Rheda, ῥέδα, Apo. 18. 13. Semicinctium, σιμικίνθιον, Actor. 19 11. Sextarius, ξεςός: Siccarius, σικάριος, Act. 21. 38.. Speculator, σπεκουλάτωρ, Sudarium, σουδάριον, Act. 19. 11. Titulus, τίτλος, Ioan. 19 v. 19. 20. Taberna, ταβέρνη.

VOCARE ex Hebræorum idiotismo, interdum declarat ipsius ὑπάρξεως initium quod Deo tribuitur, vt qui solo verbo omnes condat, Rom. 4. 17. Interdum contrà, vocandi verbo non essentiæ principium, sed manifestatio Filij Dei significatur, Luc. 1. v. 32. 35. Interdum publicam, eámq; minimè nudam nuncupationem significat, sed quæ cum re ipsa consentiat, 1 Corint. 1. 2. Matth. 22. 3. Interdum vocationis nomine ipsa ministerij Apostolici functio aut vitę genus significatur, 1 Corint. 7. vers. 7. 20. Ephes. 4. 1. Interdum causâ efficiens exprimitur, à quo videlicet sit illa dignitas,

gnitas,ad quam quis vocatus eſt, nimirum à Deo,Rom. 1.1.vocare pro inuitare,Matth.22.3.

vocare dicitur Deus eos, ex Hebræorum idiotiſmo, quos facit exiſtere: Et viciſſim à Domino vocari dicuntur,qui exiſtere incipiunt,ſiue id referatur ad ipſam οὐσίαν ἢ ὕπαρξιν, Roman. 4.17. ſiue ad qualitates aut attributa,1 Cor. 7. v.20. 21. 22. ſiue ad æterni conſilij Dei publicam declarationem, qua nos certo muneri ac veluti ſcopo in hoc mundo deſtinatos quaſi in eius poſſeſſionem mittit, Rom.1.7.1.Cor.1.2.ſiue id de quo agitur, ſit omnibus ſanctis commune, vt cùm electioni ſubordinatur vocatio, Rom.8.30. ſiue peculiarem functionem reſpiciat,vt cùm dicit Chriſtus ſe ab vtero vocatum eſſe, Eſa.49.1.Sic Act.13.2.Rom.1.1.1.Cor.1.1.

VOCARI, pro palam & reipſa eſſe ac haberi, Hebraiſmus Luc.1.76.& 2.23.Matth.5.v.9 19. & 21.13.Mar.11.17.1.Ioan. 3.1.Rom.7.3.pro gratis aſciſci,Gal.5.13.

VOCATIO & miſſio nunc Patri, nunc Filio, nunc Spiritui ſancto tribuitur. vide TRINITATIS opera extrinſeca. vocatio Metonymicè, non pro ipſa vocandi actione, ſed pro illo ipſo ad quod fideles vocati erant,nempe pro cœleſtis regni gloria,2.Theſſ.1.11.

VOCATIO Interna & ſingularis, eſt actio Dei gratioſa, qua Electi ab æterno,ſuo tẽpore, ex Dei beneplacito,propter meritũ Chriſti,per Spiritũ S. intus informãtur, ad perceptionem & cõmunionem gratiæ Dei, propter ſalutem ipſorum,& miſericordiæ diuinæ gloriam.

EXTERNA & cõmunis,eſt actio Dei gratioſa ,qua homines ſermone,ſigno & opere,ab infidelitate ad fidem euocat, tum vt ad ſalutis cõmunionẽ fideles diſponãtur,tum verò vt alij euicti de oblata à Deo gratia,fiant inexcuſabiles.

Vocationum duo genera reperiuntur in ſacra ſcriptura,*Primò*,vnum coniunctum cum efficacia ſpiritus ſancti, de quo Rom.8.30. *Secundò* ,alterum , quamuis idem ſit cum priore,quod ad rem externã attinet, quoad ſalutem tamen,nullius eſt efficaciæ,idque non Dei, ſed hominum culpa,qui nolunt Dei verbum audire , de quo Matth.22. 14.*Illud* vocatur vocatio generalis , qua per externam verbi prædicationẽ omnes pariter ad ſe inuitat Deus,etiã quibus eam in mortis odorem & grauioris condẽnationis materiam proponit: *Hoc* vocatur ſpecialis vocatio , qua non

non nisi solos fideles dignatur, dum interiori spiritus sui illuminatione efficit, vt verbum prædicatum in eorũ cordibus insideat. Interdum tamen eos quoque facit participes, quos ad tempus duntaxat illuminat, deinde suæ ingratitudinis merito deserit, & maiori percutit cœcitate.

Vocatio efficax, quæ electionis effectus est, Rom 1.6 & 8.30.1.Corinth.1.9.2.Petr.1 10. Iudæ.v.1.gratuita est, Gal. 2.15.2.Tim.1.9. vocatio non est vniuersalis, Ioan. 6.45. vbi etsi particula vniuersalis ponitur, tamen Esai.45.13. disertè restringitur ad filios Ecclesiæ, hoc est, vt Lucas loquitur, Act. 13.8. ad ordinatos ad vitam. Vocatio, quæ electionem præeuntem non habet, inefficax est, Matth. 20.16.& 22.8.Luc. 14.24. Vocationis electorum finis, Ier. 13.11.1.Corinth.1.8.1.Thess.3.13.&4.7.Hebr.10.39.Iac.2.5.1 Petr.1.15.& 2.9.& 5.v.9.10. Iudæ.v.5. Vocationi propriæ sedulò inseruiendum, Prou. 27.8. Matth. 8.22.&10.5.Luc. 9.v.2.3.60.61. & 10.v.3.4.1 Corint. 7.v. 17.18.20.24.Eph. 4.v.1.4.1.Thess.4 11. *Exempla:* Christus, Matth.12.48.Luc. 2.49.& 4.43.Ioan.4 34.& 9.4.& 17.4.quidam Dæmoniacus à Christo sanatus, Luc. 8.39. Matthæus, Luc. 5.18. ministri nuptiarum, Ioan. 2.7. Ioannes Baptista, Ioan.3.23. Apostoli, Act.4.v.20.33.& 5.42.& 6.2. Philip.8.40.Paulus & Barnabas, 14.v.5 6.7.& 15.36.& 18.6.& 20.ver.20.24.26. 31.Paulus, 28.28.Rom.11.14.& 15.18.1.Cor.9.v.16.21.&15.10 2.Corint.11.5.Coloss.1.29.& 2.3. Tit,1.3. Abraham, Hebr. 11.8. Petrus, 2. Petr.1. vers.13.15. Vocatio gentium, Matth. 8.10.& 22.9.à prophetis prædicta, Roman. 9.30.à Mose, 10.25.allegoricè significata, Vide GENTIVM vocatio. Vocationem & electionem nostram vt firmam efficere studeamus, monemur, 2.Petr. 1.10. Vide ELECTIO.

VOLO, Vide VELLE.

VOLVNTAS, pro naturali propensione, Rom. 8.20. pro cogitatione & conatu animi, 9.16. pro libidine, Ioan.1.13. voluntas veteris hominis, peccati serua est, Genes.6.5. & 8.21.Roman.7.ver.15.19.bona hominis voluntas, regenerationis donum est, Rom. 7.ver 21.22. Philip.2.13.voluntas Dei, Matth.7.21.& 12.50. Marc.3.35. Ioan.6.39.Roman.12.2.Eph.5.17.Col.1.9.1 Thess.4.3.1. Tim.2.4.1.Ioan. 2.17.

Voluntas Dei non est vt aliquis pereat, Ezech.18.23. Ioan. 6.39.1 Tim.2.4. 2 Petr.3.9 voluntas nostra diuinæ voluntati accõmoda, 1 Sam.3,18.2 Samuel.10.12. & 15.20.1 Mach. 3. 60. Matth.6.10.& 26.39.Marc.14.36.Luc.22.42. Act. 21. 14.1 Corinth.4.19. Heb.6.3.Iac.4.15.vide ABNEGATIO. Voluntatem pro opere acceptat Deus, Genes. 20.vers.3 6.& 22.12.2.Sam.11.14. & 12.9. 1 Reg. 21. 10. vide COR.

[VOLVNTAS, est facultas animæ qua volumus: deinde actus huiusce facultatis: Postremò, obiectum, id est res quam volumus. Vt, voluntas Patris cælestis est, vt quicunque credit in Filium non pereat, sed habeat vitam æternam.

In veteri Testamento vocatur 1. Anima, quòd sit facultas animæ: Psal.22.12.& tantùm ad homines, qui ratione prediti sunt, refertur, 2. vocatur Acquiescentia in aliquo proposito. Velle enim proprium est, vt in iis quæ sibi ab intellectu, vt bona, proponuntur, acquiescat. 3. Huic affinis est vox Complacitum, Beneplacitũ, Placitum Voluntas enim ex oblatis eligit quæ magis placent: 4. Vtitur & Scriptura alio vocabulo, 1 Sam. 15. 22. quo voluntatem cum approbatione, amore & delectatione significat.
5. Est & alia vox, quæ Spontaneitas exponi potest, Exo. 35. 29. qua proprium voluntatis exprimitur, nempe naturalis libertas, qua homo quidquid vult, siue bonum siue malum, liberè, voluntariè, sponte, sine coactione vult.

*Voluntas* propriissimè & verissimè Deo cõuenit: & quę antea de voluntate dicta sunt, in homine imperfecta agnoscuntur. In Angelis autem voluntas magis perfecta est. Voluntas *Dei* variè à Theologis distinguitur, 1. In voluntatem antecedentem & consequentem. 2. Bené placiti & signi, seu non reuelatam & reuelatam. 3. Absolutam & conditionalem. 4. In voluntatem quam Deus facere velit de nobis & de omnibus rebus creatis, atque in voluntatem quam vult fieri à nobis, in lege & Euangelio patefactam. Omnes autem in eo consentiunt vnam tantùm esse Dei voluntatem. Nam etsi varia permultáque sunt quæ vult Deus per se vt bona: vel quæ propter aliud permittit fieri, vt mala, vel absolutè, vt quæcunque agit tamen, si Deum ipsum volentem spectamus, dicemus voluntatem eius esse liberum, æternum, sapientissimum, immutabilé-

tabiléque decretum, tum de vniuersis & singulis creaturis suis ad certos vsus & fines per certa media deducendis: tum de malis quæ nec fecit, nec facit, nec faciet, nempe peccatis, fieri permittendis: idque ad suam gloriam.

*Voluntatem*, quam fieri vult à nobis, in Lege & Euangelio expressit. Quicquid vult in cœlo pro salute Ecclesiæ milicantis in terra, sancti Angeli exequuntur. Nonnunquam Angelorum reproborum opera vtitur, vt iudicia sua erga impios, misericordiæ erga pios peculiari quadam ratione luceāt, Voluntas Dei *Patris*, in Euangelio manifestè distinguitur. Voluntas *Filij* dupliciter cōsideratur: quatenus Deus est, & quatenus mediator ac sponsor Ecclesiæ. Aliquoties essentialiter, nonnunquam personaliter consideratur, & Patrem respicit.

*Voluntas* Dei reuelata in N. T. 1. Charitate Dei erga electos, & beneplacitum in eis seruandis per Christum significat. 2. Huius charitatis declarationem per Euangelium. 3. Consilium Dei, respectu electorum, nempe vt vocentur efficaciter, iustificentur, sanctificentur ad omne opus bonum & glorificentur.

Voluntas *hominis* variè cōsideratur pro vario eius statu, nempe hominis naturalis & regeniti, tum in rebus malis, bonis, mediis: item in rebus ad hanc & futuram vitam pertinentibus.

In voluntare patefacta Dei quædam peculiaria occurrunt, in quibus exequendis etiam non regenitorum hominū ministerium ei subseruit. teste Nebucadenezare Iudæos captiuitatem deducente, & Cyro reducente. Hæc autē paulò prolixius descripta sunt, vt vim vocū istarū VOLO & VOLVNTAS Theologiæ studiosi expēdant.]

VOLVPTAS carnis, vide CONCVPISCENTIA. voluptates fugiendæ, 2 Petr. 2. ver. 10. 12. voluptates huius seculi impediunt, ne qui verbum audierunt, referant fructum, Luc. 8. 14. v. Psal. 37. 4.

VOMERE percussi Philisthæi, Iudic. 3. 31.

VOTVM, est promissio, cum matura deliberatione, de rebus licitis & possibilibus, pioq; fine, Deo facta: qua quis ad præstandum aliquid sese obstringit, vbi aliqua harum conditionum deest, illicitum est.

votum generale quo Christiani Baptismo sese ad Deū

toto pectore amandum obstringunt, notatur, Matt.28.19. Docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine P.F.& S.S. docentes eos seruare omnia, quæ vobis mandaui. V. Eph.5.25.26.27. Vnde Ambrosius, Ingressus regenerationis sacrarium, repete quid interrogatus sis, recognosce quid responderis: Renuntiasti diabolo, & operibus eius, mundo & luxuriæ eius, ac voluptatibus.

VOTVM: vota quæ reddenda? Leu.27.2. Num.30.v.3.6. vota Deo reddenda, Deut.12.17. Psal.50.14.& 66.13.& 76.22. Ionæ 2.10. vota statim reddenda, Deut.23.21. Eccles.5.3. vota quomodo redimenda? Leu.27.15. *Votorum exempla*: Iacob, Genes.28.v.20 21.& 31.13. Israelitæ, Exod.36 3. Num.21.2. 1 Paral.29.9. Iephthe, Iudic.11.30. Michæ mater, 17.3. Anna Elcanæ vxor, 1 Sam.1.11. Saul, 14 24. Absalom, 2 Sam.15.v. 7 8. Pater regis Asa, 1 Reg.15.15. Asa, 2 Par.15.18. Iudith, 16. 22. Dauid, 2 Paral.5 1. Psal.22.26.& 61.9.& 66. vers.13.14.& 116.14. Nautæ, Ionæ 1.16. Ionas, 2 10. Paulus, Act.18.18. quidam Iudæi, 23.v. 12.14. ¶ Votum castitatis seruandæ, seu non cognoscendi virum vouisse Mariam Deiparam virginem, eliciunt impuri cœlibatus patroni ex Luc.1.34. illúdque non sine damnatione violari, 1 Tim.5.12. Contra vota impia, Ier.44.25.&c.

VOX pro sono, Hebraico more, 2 Reg.6.31. Ezec.43.2. Matt. 24.31. Ioan.3.8. 1 Corint.14.7.8. pro eo, quem loquentem non videmus, Apoc.1.12. vox è cœlo auditur, Deut.4 36. Luc.9.35. Ioan.12.28. Actor.9.4.& 26.14 Petr.1.17. Apoc.1. 10.& 14.13. Vox Dei audienda, Exod.15.26. Deut.30.v.8.10. vocem Dei non audientes puniuntur, Deut.9.23. vocem suam vt audiamus conuertit nos Deus, Deut.4.33. vocum nouitates vitandæ, 1 Tim.6.20.

[1. Vox *Dei*, essentialiter considerati, immediatè, vel mediatè, in Ecclesia, vel extra Ecclesiam, homines consideratur.

2. Vox Dei *Patris*, Filij, suorúmque in filio electorum causâ aliquid edicentis & significantis.

3. Vox Dei Filij, nempe Iesu Christi, ante & post manifestationem in carne.

4. Vox Spiritus S. Rom. 8. v. 15. 16. Actor.8.29. Apocal. 14.13.

5. Vox Angelorum & Archangeli.

6. Vox Seruorum Dei in Ecclesia.

7. Vox

7. Vox piorum hominum ad Deum, vel ad alios homines.
8. Vox impiorum hominum, & hominis naturalis in vario vitæ genere constituti.
9. vox Creaturarum,& rerum artificialium, vel Dei iussu extra ordinem, vel suo motu, iuxta Dei ordinem strepentium atque sonantium.]

VPVPAM non comedunt Iudæi, Leuit.11.19.

VRBES Leuitarum, Num.35.v.2.3. Iosu.21.2. De eorum vrbib. sex profugis destinatæ, Num.35.v.6.10. Deut. 4.v. 41. 42.& 19.2. Iosu.20.2. vrbium protector Deus, 2 Reg.19. 34.& 20.6. Psal.127.1. Esa.37.35. vrbs supra montem posita, Matth.5.14. vrbes ab Hebræis filiæ frequenter appellantur, vide FILIAE nomen.

VR-CHASDIM idolum, vide IDOLORVM Catalogus.

VRIAS Hethæus, inter Dauidis fortes recensetur, 1 Sam.23. 39. vt molliter cum vxore dormiat, à Dauide inuitatur, 2 Sam.11.8. id forti animo recusat, & quare, v.11. literas mortis suæ perfert, v.14. in bello moritur, v.17.

VRIAS sacerdos, adulterinum altare Deo extruit, 1 Reg.16. 11. (.i. lumen Dei.)

VRIAS propheta, à Ioacimo occiditur, Ieremiæ 26. vers. 20.23.

VRSVS à Dauide occisus, 1 Sam.17.35. Vrsi lacerant XLII. pueros, 2 Reh.2.24. vide MORTIS violentæ, &c. vide 2. Sam. 17.8.

VSIAS rex Iuda, sacerdotum officium sibi sumens, & adolere volens incensum, lepra punitur & moritur, 2 Par.26.v. 17.20 23. appellatur Azarias, 2 Reg.15.1. appellatur Ozias, Matth.1.9. vide OZA.

VSVRA inter Hebræos prohibita, Exod.22.25. Deut.23.29. Nehem.5, v.7.8. Psal.15.5. Prou. 28.8.& 22.16. Ierem.15.10. Ezechiel.18.8.& 22.v.12. Luc.6 34.& 19.8. Hebræis dicitur morsus, quòd rodat lucrum, Exod.22 25.

VSVS rerum legitimus, 1 Tim.2.9.& 4.3. 1.Petr.3.3. vsus legis, Rom.3.19. Gal.3 24. vide Abusus.

VTILITAS, ad eam datur spiritus, 1 Cor.12.7.

VVA Iudæorum, vua fellis, Deut.32.32.

VVLGVS, facilè commouetur, Matt. 27. 24. Act. 6.12. & 14. 19. vulgi opinio de Christo, Matth.16.13. Mar.8.21. Luc.9. v.7.19. Ioan.7.21.

VLPES lustra habent, at Christus non habet quo caput

reclinet, Matt.8.20. Luc.9.58. vulpes Samsonis, Iudic.15.4. vulpes Herodes, Luc.13.32.

VVLTVREM non comedebant Iudæi, Leuit.11.14.

VVLNERATI à serpentibus, ænei serpentis aspectu sanantur, Num.21.9. V. Serpens, & Exod.21.25. Deus vulnerat & sanat: Deut.32.39.

VVLTVM suum vt conuertat ad nos Deus, orandum, Num. 6.26.

VVLVAM Annæ concluserat Deus, 1 Sam.1.v.5.6.

VXOR non inuenta virgo, & eius lex, Deut.22.v.13.14 15. vxor abducens à fide, occidenda, Deut.13.6. Vxor diligenda, Prou.5.18. Eph.5 25. non plus ametur quàm Christus, Matth.10.37. Vxor non temerè reliquenda, Matth.5. v.31.32.& 19.v.6 8.9. Marc.10.9. Luc.16.18. 1 Cor. 7.v.10.11. Vxor virum timere debet, Eph. 5.33. dominum illa compellare debet maritum suum, Saræ exemplo, 1 Petr.3.6. Vxor prudens Dei donum, Prou.19.14. Vxor Ieroboami mutato habitu Ahiam prophetam consulit, 1 Reg.14.4. Vxor Iobi maritum spernit, Iob.2.9.& 19.17. Vxor Loth, in salis statuam versa est, Genesis 19.26. exemplo illa nobis sit, Luc.17.32. Vxoris adulterium quomodo possit deprehendi, Num.5.14.&c.

[VXOR, Sponsa Christi, Ecclesia triumphans, Apoc.19. 7.& 21.9.]

Vxoris officium, Gen.2.v. 22. & 3.16. Num.30.vers.7.13. Deut.22 5. Esth.1.19. &c. Prou.11.16.& 12.4. Esa.3.v.15.17. 1 Cor.7.1.&c.11.v.5.9.& 14.34. Eph.5.22. Coloss.3.18. 1 Tim. 2.11.& 3.11.& 5.v.2.10. Tit.2.10.1. Pet.3. 1. Vide, MARITI officium. Vxorem ducentes, immunes militiâ primo anno, Deut.24.5. Vxorem non licet repudiare, nisi ob solam fornicationem, Matth.5.32. cum vxore inobedientis Deo, dormit alienus, Deut.28.30. Iob.31.9.10. vxores alienigenę, Iudæis non ducendæ, Nehem.13.25. de filiabus Chanaan non accipiendæ, Exo.34.16. vxores alienigenas accipientes arguuntur, Malach.2.11. vxores alienigenæ à Iudæis dimissę, Nehem.9.1. vxores tangere prohibetur populus, Exo.19.15. vxores & concubinas accepit Dauid in Ierusalem, 2 Sam.5.13.

VZIAS, vide Vsias.

ABVLON

Z.



ZABAD, proprium nomen plurium, 1. Chron. 2. 36.37. & 7.20. & 2. Chron. 24. 26. Esdr. 10. 27.33.

ZABADIAS, nomen proprium quorundam, 1. Chron. 8.15. 17. & 12.7. & 26.2. & 27.7. 2. Chron. 17. 8. & 19.11

ZABBAI, Iudæus, Esdr. 10.28.

ZABDI, Israelita, Iosu. 7.1.17.18. & 1. Chron. 8.19.

ZABDIAS, 1. Chron 27.27.

ZABDIEL, præfectus 1. Chron. 27.2. Nehem. 11.14.

ZABINA, Esd. 10 43.

ZABVD, Nathanis F. 1. Reg. 4.5.

ZABVLON (id est, donum cohabitandi: compositum ex duobus verbis corruptis, sed pronuntiatione affinibus) Iacobi ex Lea filius, nascitur, Genes. 30.20. benedictio eius, Deut. 33.18. Zabulonis tribus Chananæis, quos non interfecit, tributa imponit, Iudic. 1.30. hæreditas, Iosu. 19.10.

ZACHAEVS publicanus, diues est, Lucæ 19.2. Christi videndi studio ardet, v.3. excipit Christum in suis ædibus, v.6. conuersionis suæ vberrimos fructus edit, v.8. dicitur filius Abraham, v.9. (purus, iustus, iustificatus.)

ZACCHAI, Iudæus, quorum posteri multi, Esdr. 2.9. Nehe. 13.20. & 7.14.

ZACCHVR filios Hammuelis, 1. Chron. 4. 26. Leuita 1. Chron. 24. 27. Cantor sacer. 1. Chron. 25. 2. Biguai filius, ex captiuitate redux, Esdr. 8.14. F. Imri, Nehem. 3.2.

ZACHARIAS, Ioiadæ seu Barachiæ sacerdotis filius, occiditur, 2. Par. 24.21. eius mors Iudæis imputatur, & quare, Matt. 23 35. Luc. 11.51. (Zechariah. i. memor Domini) Dei.

ZACHARIAS, filius Ieroboam, Israelis rex constituitur, 2. Reg. 14.29. sex menses regnat, 15.8. eius impietas, v.9. cruenta mors, v.10.

ZACHARIAS propheta, Osiæ regis tempore, 2. Par. 26.5.

ZACHARIAS, Addo filius, propheta, tempore Darij 1. Esdr. 5. Zach. 1.1.

ZACHARIAS, Ioannis Baptistæ Pater. Luc. 1.5. mutus efficitur & quare? v. 20 loquendi facultatem recuperat,

v.64.eius canticum,v.68.69.70.

ZACHARIAS,nomen variorum,in Libris regum,Chronicorum,Esdræ & Nehemiæ.

ZACHARIAS,Ieberec-jæ F.Es.8.2.

ZACHER,1.Chron.8.31.

ZADOCH, filius Abiathar, fit summus sacerdos, 1. Reg. 2.35.

ZALPHAAD filiæ postulant hæreditatem,Num.27.v.1.7. & 36.2.Iosu.17.3.

ZAMBRI Salumi F.Num.25.14.

ZAMBRI, Ella dominum suum occidit, 1.Reg.16.10. regno vsurpato omnes posteros Baasæ delet,ver.11.12.sese in ignem iniicit,ac flammis conficitur, v.19.Zimri.i. canticum meum.

ZAMBRI, vel Zimri, regio seu pars Arabiæ felicis, Ierem.25.25.

ZAMIRA,1.Chron.7.8.

ZAMMA,1.Chron.6.20.42.

ZAMRAM,Gen.25.2.1.Chr.1.32.

ZAMRI,1.Chr.2.6.& 8.36.& 9.42.

ZANOE loci nomen,Ios.15.34.56.Nehem.3 13.& 11.30.nomen viri,1.Chron.4.18.

ZARA in Idumæa regulus Genes. 36. 13. 19. 33. 1.Chron. 1.44.

ZARA,Iudæ ex Thamar filius nascitur,Gen.38.30.

ZARA,*Simeonita,*Num.26 13 1.Chr.4.24.

*ex posteris Iuda,*Num.26.20.Iosu.7.1.&c.1.Chr.1,37.

*Leuita,*1. Chr.6.21. (& 9 6.

*Cantor sacer,*1.Chr.6.4.

ZARA, Æthiops,2.Chr.14.9.

ZARAHI,Iudæus redux,1.Chr.27 11.

ZARAHIAS,sacerdos,1.Chr.6.6.51.Esdr.7.4.

ZARED,torrens Num.21.12.Deut.2.13 14.

ZAREHE,Iudæus redux,Esd.8.4.

ZAREITAE,Num.26.13.

ZARES,vxor Amanis,Est.5.10.14.& 6.13.

ZATHAM,1.Chron.26.22.

ZAVAN,Genes.36.27.

ZARVJA,vide SARVJA.

ZEB princeps exercitus Madianitarum,interficitur ab Israelitis, Iudic.7.25. eius caput Gedeoni fertur,ibidem.

(zeeb,

(zeeb, lupus.)

ZEBAH, (i. victima) Madianitarũ rex capitur, Iudic. 8. 21. &c. Vide SALMANA.

ZEBEDAEVS, (i. dotatus.) pater Iacobi & Ioannis, Matth. 4. 21. vxor eius Salome intercedit apud Christum pro filiis suis, Matth. 20. 20. Marc. 10. 35.

ZEBEDIA, Iudæus redux, Esd. 8. & 10. 20.

ZEBIDA mater Iosiæ R. 2. Reg. 23. 36.

ZEBVL, Iudic. 9. 28. 30. 36. 38 41.

ZECHRI, Israelita, Exod. 6. 21. 1. Chron. 8. 19. 23. 27. & 9. 15. & 26. 25. & 27. 16. vir potens, 2. Chr. 17. 16. & 23. 1. & 28. 7.

ZECHVR, Israelita, Num. 13. 5.

ZELARE verbum medium. In bonam partem sumitur, Num. 25. 13. & 1. Reg. 19. 10. 14. In malam, Ps. 37. 1. & 73. 3. Act. 17. Iac. 4. 2,

Zelare Deus dicitur, Esai. 26. 11. Ioel 2. 18. Zach. 1. 14. & 8. 2.

ZELOTES Deus, Exod. 20. 5. & 34. 14. æmulator, ζηλωτὴς.

ZELOTES, cognomen Simonis Cananitæ, Apostoli, Matth. 10. 4. Luc. 6. 15. Act. 1. 13.

ZELOTYPIA Dei, est aut vehemens indignatio aduersus illos, qui violata fide, quâ sibi eos Deus despõdit, spiritualiter scortantur, alieno Deo, aut potius idolo, se velut matrimonio copulantes. Num. 25. 11. Deut. 32. 21. Aut est vehemens amor erga ecclesiam, quo Deus adductus ex gratuito fœdere, benefacit Ecclesiæ suæ, eámque asserit & vindicat ab aduersariis. Zachar. 8. 2.

ZELOTYPIA duplex; *Vna*, cùm nostri causa diligimus, ideóque non possumus riualẽ pati: vt assentatores, qui in aulis principũ degunt, nec principis commoda propriè quærunt, sed quatenus cum sua ipsorum vtilitatẽ sunt coniuncta, ideóq; id vnum solicitè studẽt, vt cæteros, quantumuis principi vtiles, arceãt, quò videlicet ipsi ex eo soli maiorẽ vtilitatem capiant. Hoc verò nõ est principem, sed seipsum amare. Itaque istorũ amor tum euanescit, cùm sublata est illius causa, id est, cùm ea est principis conditio, vt nullum commodũ amplius ab eo expectẽt. *Altera* zelotypia prorsus est illi cõtraria, cùm amicos ipsos rei honestæ causa in illis amãdis spectamus: ideóque non modò soli nolumus diligi, sed potius quamplurimos sinceros amicos illis cupimus

conciliare, quòd eorum commodis magis quàm nostris ipsorum delectemur; qui demum verus & honestus ac perpetuus est amor. Illam zelotypiam tribuit Paulus Pseudoapostolis, Gal.4.17. vt qui sui commodi causa Galatas diligerent, ideóque summo studio niterentur Paulum, vt riualem, excludere. Hanc verò sibi tribuit, 2. Corinth.11.2. vt qui rei honestę causa Corinthios dilexerit, id est, non lucri aut gloriæ studio, sed Dei zelotypia, vt ibidem appellat. Zelotypiæ lex, Numer.5.v.14.15. zelotypię spiritualis bona. *Exemplum*: Paulus, 2. Corint.11.2. zelotypia spiritualis mala. *Exẽpla*: Pseudoapostoli, Galat.4.17. Vide ZELVS.

ZELPHA, Leę ancilla, Gen.29.24. Iacobo à Lea sterili datur, 30.8. parit, v.9.10.11.12. Zilphah.i. contemptum os.

ZELVS, *Primò*, significat honestum illud & laudabile studium, quo accendimur ad alicuius virtutes imitandas, aut etiam superandas, sine vllo tamẽ ipsius odio, 1. Corinth.12.31. & 14.v.1.12.39. 2. Corint.9.2. Galat.4.18. Tit. 2.14. *Secundò*, inuidiam ac liuorem, Act.5.17. & 7.9. & 13. 45. & 17.5. Rom.13.13. 1. Corinth.3.3. & 13.4. 2. Corint.12. 20. Galat.5.20. Iac.3.14. & 4.2. *Tertiò*, accipitur pro sancta quadam zelotypia, quæ non proficiscitur à cuiusdam odio, verùm ab eorum amore quos nõ nostri, sed ipsorum potius causa amamus, 2. Corint.11.2. *Quartò*, pro sui ipsius amore, cui sancta illa zelotypia prætexitur, Galat.4.17. *Quintò*, pro animi æstu ex indignatione de iis concepta, quæ indignè fiunt aduersus eum quẽ amamus, puta vel aduersus homines nobis charos, 2. Cor.7.7. Coloss.4.13. vel aduersus Deum ipsum. Est autem hic zelus duplex: *Vnus* nimirum, cum voluntatis Dei cognitione, ac vera in eum fide coniunctus, qualis est Christi zelus, de quo agitur Ioan.2.17. item qui cõmendatur. 2. Cor.7.11. & Apoc.3.19. *Alter* verò, qui non est secundum scientiam, & cœcus potius impetus ac furor dici debet, vt Rom.10.2. Phil.3.6. Actor.21.20. & 22.3. Gal.1.14. Hinc demum sexta significatio orta est: cum Ζῆλος ad ignis ardorem transfertur, vt Heb.10.27. Vide ZELOTYPIA: & AEMVLATIO. zelus bonus & sanctus commendatur, Rom.12.11.

ZELVS quando ad malum hominem refertur, inuidiam denotat, Esai.11.13. Act.5.17. & 13.45. 1. Cor.3.3. Iac.3.14. 16. ze-

16.zelotypiæ æstum,Prou.6.34.

*Zeli boni exempla:* Moses,Exod.32 ver.19. 20. Phinees, Num.25.v.7.8.Iosue,Ios.7.24. Filij Israelitarum, 22.v. 11.12.Iudic.20.v.1.2.3.Elias,1.Reg.18 21.40. & 19.10.Iehu,2.Reg.10.v.11 16.25.27.Ezechias,18.4.Iosias.23.6.Zacharias Ioiadæ F. 2.Par 24.20 Esdras , Esdr.9.3.Nehemias,Nehem.13 25. Dauid,Ps.69.10. Ioannes Baptista, Matth.3.7.& 14.4.Christus,21.12.Ioann.2.15.Petrus,Act. 5 3.Stephanus,7.51. Paulus 13.10.& 17 16.Rom 9. v.2.3. 2.Corinth.11.ver.2.29 Gal.3.1. & 4.19.Barnabas & Paulus,Actor.14.v. 13.14.Apollos 18.v.24.25. Vide impetus Heroici exempla.

ZELI,i.zelotypiæ idolum,Ech.8.3.5.

ZELI indiscreti exempla:Iosue,Num.11. ver.28.29. Abisai,2.Sam 16.9.Filij prophetarum, 2.Reg.v.15.16. Ionas Ion 4.vers.1.2.3.Petrus,Matt.16.v.21 22.Ioan.18.10. Discipuli,Marc.10.v.13.14.Ioannes , Luc.9.49. Ioannis Baptistæ discipuli.Ioan.3.v.26.27. Principes Sacerdotum cum suis, Act.15.17.Iudæi,1.7.57.&13.45.Rom.10.2. Paulus ante conuersionem, Act.22.3. &26. vers. 9. 10. Galat.1.v.13.14.1.Tim.1.v.12.13.

[ZELVS Dei est affectus ille summus quo populũ suum gratiose amplectitur,cũ iusta seueritate aduersus peccata suorum,& ira formidabili in Ecclesiæ hostes coniunctus,Num.25.11. Deut.29.20. 2.Reg.19.31.Psal.79.5. Esai.9.7.& 32.32.& 42.13.& 59.17.Ezech.5.13. & 16.v.38. 42.& 23.25.& 36.v.5.6.& 38.19.& 39.25.Soph.1.18. & 3.8. Zach.2.1.& 8.2.

[ZELVS *Christi* veri Dauidis ,seu regis Ecclesiæ,Psal.69. 20.& 119.139.Ioan.2.17.

ZEMMA,2.Chron.29.12.

ZENAS legisperitus,à Paulo commendatur,Tit.3.13.

ZEPHRONA,locus,Num.34.9.

ZETHAM,1 Chr.7.10.

ZETHVA,Esdr.2.8 & 10.27.Nehem.7.13.

ZIE,1.Chron.5.13.

ZINA,1.Chr.23.10.

ZIO, vel Ziuo, vel Ziu mensis Secundus,qui partim Aprili,partim Maio mensi nostro respondet , 1.Reg.6.1. ex Dei instituto,Exod.12.2.

ZIPH ciuitas tribus Iudæ, Ios.15.24.51.2. Chr.11.8. deser-

tum,1.Sam.24.14.15.24.&26.2.

ZIPH viri nomen,1.Chr.4.11.&25.42.

ZIPHA,vir,1.Chron.4.16.

ZIPHAEI produnt Dauidem,1.Sam.23.19. & 26. 1.Pſalm. 54.2.

ZIZA,Ionathani F.1.Chr 2.23.
Roboami F.2.Chron.11.20.
Sephei F. 1.Chron.4.37.
Simei F. 1.Chron.13.10.11.

ZIZANIA,lolium, ζιζάνιον, quod noceat frugibus, παρὰ τὸ τὸν σῖτον σίνειν.Matth.13.24.25.26.&c.

ZOHELETH,petra,1.Reg.1.9.

ZOHETH,1.Chron.4.20.

ZOMZOMMIM(i.quam ſceleratiſſimi,abutebantur enim robore & potentia ſua) gigantes, quorum ſit mentio Deuter.2.20.deleti fuerunt 21.

[ZONA linea Sacerdotis, Leuitic. 16.4. pellicea Eliæ,2. Reg.1.8.& Ioannis Baptiſtæ,Matth.3.4. Zona Apoſtolorum,Matth.10.9.Marc.6.8.Pauli, Act.21.11. zona aurea Chriſti glorificat, Apoc.1.13. zonæ aureæ ſeptem Angelorum,Apoc.15.6.]

ZOOM,Roboami F.2.Chron.11.19.

ZOROBABEL, filius Salathielis, nepos Iechoniæ regis, Nehem.12.1. Matth.1.12. Luc.3.27. templi inſtaurationem promouet.Eſdr.3.2.Agg.1.v.12.14.fuit typus Chriſti,Agg.2.21.&c. Zorobabel.i. deſertor Babylonis, vel princeps Babylonis.

ZVZIM,populi,Geneſ.14.5.

FINIS.

ELENCHVS



# ELENCHVS RERVM ET VERBORVM, BREVIS IS QVIDEM, ſed tamen pleniſſimus.

A

pro

B

Ministe-

T

FINIS.

LOCO-

# LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVI IN HOC THESAVRO elucidantur,

ELENCHVS.

FINIS.

